OFFICIUM QUADRAGESIMALE

RECOGNITUM, ET CASTIGATUM

Ad fidem præſtantiſſimi Codicis Barberini,

IN LATINUM SERMONEM CONVERSUM,

Atque Diatribis illuſtratum,

Cura, & labore D. ANGELI MARIÆ QUIRINI Veneti,

Abbatis S. Mariæ de Florentia, olim Sacror. Ind. & Rit. Conſult. ac S. R. & Univ. Inquiſ. Qualific. nunc vero S. R. E. Cardinalis, & Epiſcopi Brixienſis.

PARS PRIOR.



VENETIIS, MDCCXXIX.
Apud Joan: Baptiſtam Albritium Hier. Fil.
SUPERIORUM PERMISSU AC PRIVILEGIO.

BIBLIOTECA NAZIONALE NAPOLI
Ex Bibliotheca ... Leonini et Sorij
Digitized by Google

Digitized by Google



REVERENDISSIMO PATRI

D. LEOPOLDO CAPELLO

S. GEORGII MAJORIS VENETIARUM ABBATI

JO. BAPTISTA ALBRITIUS TYPOGRAPHUS.

QUamquam Volumen hoc, Reverendiſſime Pater, ſuis auſpiciis uti poteſt, & jam publici judicii periculo facto, ſine metu prodire; attamen libuit mihi conſuetudinem ſequi, & nomen quærere Vi-

Digitized by Google

ri magni, quod ipſo in limine compellarem. Ac ceteri quidem, quidquid hujuſmodi faciunt, ſua cauſſa faciunt: ego autem cum cepi conſilium hoc, nihil aliud cogitavi, quam ut tibi, tuiſque Monachis publice gratularer, quod inſtaurata Benedictini nominis gloria, principes Eccleſiæ dignitates ad vos redeant, apud quos ſuperioribus ſæculis tantopere floruerunt. Alii dabunt cauſſas alias: ſed niſi fallor, bonarum diſciplinarum ſtudia mirum in modum a vobis hoc tempore exculta Ordinem veſtrum rurſus erexerunt, & in veterem poſſeſſionem reſtituerunt. Ecce tibi monumentum rei hujus longe clariſſimum: quod unum poterat, ſi reliqua

de-

deſuiſſent , Auctorem ornare ſuum, & ad ſummos Eccleſiæ gradus provehere. Prodit typis meis, qui Romanos excipiunt: & ut auſpicato prodiret, tibi potiſſimum commendari debuit, in quo uno ſumma ſunt omnia ad communem non tuorum modo, ſed totius Civitatis benevolentiam & exiſtimationem. Video, quam parcus in judicando debeat eſſe Typographus: at certe vulgari ſermone & fama percrebuit , neminem unum Ordinis ſui dignitates celerius obtinuiſſe; neminem, cum obtineret, magis dignum eſſe repertum. Jam faſtigium tenes: attamen vota noſtra longius protenduntur; nec pati poſſunt, virtutem tantam finibus domeſticis contineri. Ita Superi

Digitized by Google

faxint, uti volumus. Interim accipe ingenuam hanc cultus atque obſervantiæ ſignificationem ab homine tibi devinctiſſimo, qui ſiquid majus, vel melius haberet, hoc ipſum lubenti animo in obſequium afferret.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

CONCORS doctorum Virorum ſententia eſt, de eruditæ Antiquitatis monumentis illos non mediocriter benemereri, qui vitioſa eorum loca, veteribus Archetypis in ſubſidium advocatis, emaculare, ac priſtino reſtituere nitori, ſtudioſe contendunt. Nulla quippe certior via eſt ſecernendæ, eluendæque interpolationum fæci, quam ut priſcorum Exemplarium auctoritas conſulatur. Quamobrem Vir clar. Philippus Labbe, cum genuinam quamdam lectionem a nemine prius divinatam, opera veterum quarumdam membranarum, deprehendiſſet, ſibi propterea merito plaudens Tomo VI. Concilior. col. 606. *Atque hinc* (inquit) *Lector*, *animadvertas*, *velim*, *quantum rem literariam omnem ſive ſacram*, *ſive prophanam adjuvent veteres membranæ in obſcuris plerumque Bibliothecarum angulis deliteſcentes*, *quidve conferant ad eruditionem*, *aut qui eas magno ſtudio conquiſitas*, *& magno nonnunquam ære ſibi comparatas Viris diligentibus communicant*, *ut iis utantur*, *aut qui eas ſua*, *aliorumve opera nacti*, *cum excuſis Codicibus herculeo labore conferre non abnuunt*.

II. Qui labor, quæ opera tunc maxime eorumdem Virorum judicio commendatur, cum ſanctorum Patrum, aliorumve Eccleſiaſticorum Auctorum ſcriptis ſuæ puritati reddendis impenditur; idque præſertim, dum vitia in ea invecta fuiſſe, non librariorum tantum oſcitantia, & imperitia,

Digitized by Google

ſive imprudentia, falſiſve conjecturis Antiquariorum, ſed (quo nullum ſceleſtius piaculum) Hæreticorum, aut falſariorum malitia, comperiatur. Etenim cum ab illis veterum Patrum Operibus, ceu a cœleſtibus rivis, ſalutis ſcientia Fidelibus haurienda ſit, quam maxime refert, ut nativis tantum aquis fluentes, nullis peregrinarum doctrinarum ſordibus contaminentur.

III. Sacris hujuſmodi monumentis nemo eſt, qui non accenſeat Eccleſiaſticarum Precum Volumina, tum quod ipſa eoſdem Patres, eoſdemve Eccleſiæ Magiſtros plerumque earum Precum auctores præſeferant, tum quod ad declarandum Fidelium illis utentium de divinis rebus doctrinam, publici, ac luculentiſſimi inſtrumenti loco habeantur; namque ex veteri illo effato, *Legem credendi lex ſtatuit ſupplicandi.*

IV. Itaque cum jamdiu compertum mihi foret, excuſa Græcorum Officiorum Exemplaria fœdiſſimis erroribus ex Schiſmaticorum fraude horrendum in modum ſcatere, atque ita maculoſa a pleriſque etiam illius gentis orthodoxis temere divinis laudibus decantandis frequentari; rem non inutilem prorſus, nec Eccleſiaſtico homine indignam mihi ipſi aggreſſurus videbar, ſi operam meam, qualiſcumque ſit, in eo ponerem, ut eadem ad fidem antiquiſſimorum, ac præſtantiſſimorum Codicum caſtigata, in primævæ ſinceritatis nitorem, depulſis interpolationibus, quantum eorum monumentorum ſubſidio licuiſſet, redirent.

V. Quod Expurgationis genus non ipſa tantum rerum natura, quæ edocet, integris aditis fontibus, dum lutulenti effluunt rivi, ſitim reſtinguere, nec dumtaxat laudata ſuperius Eruditorum ſententia, ſed Romanæ Sedis (penes quam æqui, bonique ſupremum in terris arbitrium eſſe, Catholici omnes profitemur) auctoritas mihi in primis commendabat. Ea ſcilicet ſtudium vitiatas Patrum Editiones ad vetuſta autographa repurgandi, tunc equidem probaſſe viſa eſt, cum erecta a Syxto V. Pontifice Optimo Maximo in ipſo Vaticano Palatio Typographia, eam ab ipſo gravibus, doctiſque Viris demandatam novimus provinciam, ut antiquis Archetypis inſiſtentes, ſanctorum Patrum Opera ad eorum fidem ſuæ ſinceritati reſtituta, atque integra evulgarent. Nihil propterea frequentius, nihil apertius Editores, ſapientiſſimi Pontificis monitis obſecuti, in Præfationibus affirmant, quam luſtratas ad eam rem Bibliothecas, excuſſa Archiva, veteres Codices verſatos, hauſtas ex ipſis caſtigationes, nihilve niſi ad earum normam reformatum. Nec alia ratione, mandante eodem Pontifi-

ce,

ce, tam Græcam, quam Latinam Septuaginta Interpretum Tranſlationem inſtauratam fuiſſe teſtatur Cardinalis Caraſſa, in Præfationibus ad utramque diſertiſſime ſcribens, Emendationem ad vetuſtiſſimorum, probatiſſimorumque Codicum fidem accurate peractam, rectius, & tutius ubique viſum ab optimis Exemplaribus minime recedere, ad ea ex Pontificis juſſu provocatum, *Cenſuit Sanctitas Veſtra ad optima notæ Exemplaria provocandum eſſe, ex quibus, quoad fieri poſſet, ea, quæ vera, & ſincera eſſet Septuaginta Interpretum Scriptura, eliceretur*. Atque ut propius ad rem noſtram accedamus, Pius V. in Edicto Apoſtolico, quo novam Miſſalis Romani Editionem approbat, eam collatis diligenter omnibus cum vetuſtis Vaticanæ Bibliothecæ, aliiſque undique conquiſitis, emendatis, atque incorruptis Codicibus perfectam fuiſſe declarat, eorumque ſubſidio ſacroſanctum illud volumen ad priſtinam ſanctorum Patrum normam, ac ritum reſtitutum. Itidem Clementis VIII. Pontificale Romanum recens recognitum ſua auctoritate communiens, primum præfatur, Nihil magis Prædeceſſores ſuos curandum ſibi eſſe ſtatuiſſe, quam ut communes Eccleſiaſtici muneris rationes ad propriam normam, ſervata antiquitatis auctoritate, revocarent; dein *Pontificale* (inquit) *Romanum tandem reſtitutum, & abſolutum eſt, atque ita ex omni parte diſpoſitum* (*quod ii etiam, qui negotio, ac muneri huic præfuerunt, confirmarunt*) *ut nihil ab antiquis Pontificalium Codicibus, qui tum in clarioribus Urbis Eccleſiis, tum in noſtra Vaticana Bibliotheca, ac denique in quibuſdam aliis locis inſignibus aſſervantur, alienum, aut diſcrepans irrepſerit*.

VI. Verum enimvero negotium, quod ſuſcepturus eſſem, mente ſerio revolvens, illud non improſpere mihi ceſſurum confeſtim ominatus ſum, cum lectis duabus Leonis Allatii Diſſertationibus de Libris Eccleſiaſticis Græcorum, quarum una divinorum Officiorum potiores, & uſitatiores libros percenſet, alia Triodium, Pentecoſtarium, & Paracleticen cenſoria virgula examinat, multa ibidem deprehendi, quæ eximium tentandæ collationis fructum ſpoponderunt. Ea quidem hic minime pigebit exſcribere, non ea tantum de cauſſa, ut Lector planius agnoſcat, unde mihi aggrediendi operis primum animus acceſſerit, ſed ut ille doctiſſimi Viri, ac harum rerum, ſi quis alius, callentiſſimi auctoritati plurimum deferens, vel ex præſumpta opinione in aſſenſum conſilii mei traducatur. Sunt autem hujuſmodi. *Utinam liceret nobis ex primis illis fontibus tanquam integrioribus, & purioribus, divino Chriſti ſervitio incumbere. Ne illis ſuperſeminata ab homine*

mine nequam zizania dignoſceremus. Diſſert. I. pag. 12. *Auctores libri* (Triodii*) quo propius aberant a Chriſto, & divina progenie, melius quæ erant veritatis cernentes, optime, & ſine ulla offenſione divinas Sanctorum laudes, & Fidei dogmata decantarunt: ſequiores, affectibus propriis diſtracti, ſæpe etiam odio in Romanam Eccleſiam, multa, quæ a veritate aberrant, intruſerunt. Quod ſane manifeſtum eſt in hoc libro; nam antiqua fere omnia plana ſunt, nihil in ſe continent, quod pias aures offendat: recentia multis ſcatent erroribus, & ſubdole ſæpius in Romanam Eccleſiam garriunt, multas etiam hæreſeon labes lectionibus inſpergunt. Quibus abſciſis, liber nitori ſuo priſtino reſtitutus, nulla expurgatione indigebit*. Diſſert. II. pag. 114. *Pentecoſtarii, quemadmodum de Triodio ſupra diximus, varii fuere auctores, antiqui, & recentiores. Antiqui ſua vetuſtate, & modeſtia venerandi: recentiores ex ſchiſmate, audacia, atque omnia attentandi libidine contemnendi*. Diſſert. II. pag. 229. *A correctoribus ipſis, ac ſimilium librorum Editoribus petere poſſumus, quanam auctoritate tantum facinus audent, & temeratas manus in intemeratos Eccleſiæ ritus imponunt? Homines viliſſimi ſunt, nulla ſcientiarum laude, nulla auctoritate, nulla dignitate conſpicui, qui ex arbitrio Officia Eccleſiæ moderantur, addunt, ſubtrahunt, mutant, de novo conſarcinant, quidquid illis videtur*. Diſſert. II. pag. 230. *Ceſſent ſimplicibus imponere, ceſſent innocuis fidelibus fucum facere, ceſſent propria, & ſpuria inter vera, & tot jam annis comprobata Sanctorum ſcripta, & preces Eccleſiaſticas inſerere. Servent ſibi dicta Patrum a maculis innoxia, ſervent poſteris, nihil detrahant, nihil addant, nihil immutent in rebus Eccleſiaſticis, ſine ipſius Eccleſiæ conſenſu*. Diſſert. II. pag. 234. Hæc omnia Allatius, ut linguæ ſic rituum, dogmatum, & librorum omnium ſuæ gentis, ut dixi, callentiſſimus, qui præterea Diſſ. II. pag. 231. Joannis Zonaræ, & Theodori Balſamonis textus producit, (in priore Diatriba afferendos) ut evincat vel ipſis Eccleſiaſticis Græcorum legibus vetitum eſſe, novas Precationum formulas componere. *Vetant* (inquit) *id leges, rejiciunt Canones, & integerrimus Eccleſiaſticæ diſciplinæ ordo prohibet. Libri in Eccleſia legendi, nonniſi approbati, aliaſque recepti in Eccleſia eſſe debent. Preces nonniſi Synodorum calculo comprobatæ*.

VII. Capto ex hujuſmodi Allatii dictis omini quam fauſtus reſponderet eventus, præſtantiſſima Triodii Autopropha, in quæ primum, patefactis Bibliothecæ Vaticanæ, nec non Barberinæ, ac Baſilianæ armariis, avidos oculos injeci, illico commonſtrarunt. Ibi enim nihil prorſus occurrebat, quod Photii, & Cerularii deliramenta, nihil quod ipſius Schiſmatis con-

Digitized by Google

controverſa capita quoquo modo ſuboleret. Sexcenta ſunt, quemadmodum in reliquis Græcorum Officiorum libris, ita in hac ipſa Triodii parte, quam vulgamus, breviora quædam cantica in laudem ſanctiſſimæ Trinitatis, ac proinde Triadica dicta; eaque, cum verbis inter ſe minime conveniant, at ubique eumdem fere ſenſum (ſtropharum inſtar, quibus ſacri Latinorum clauduntur hymni) contineant, prodigiali prorſus verborum varietate undique, ut opus erat, conquiſita exprimuntur. In iis vero ne ſemel quidem Spiritus ſanctus, ex ſolo Patre proceſſiſſe affirmatur. Quæ Spiritus ſancti ex ſolo Patre proceſſio, cum capitalis Schiſmatis error, & veluti ejus teſſera habeatur, ac ſit, quotuſquiſque eſt, qui non videat, quam præclare illius rationibus conſuluiſſet falſarius Amanuenſis, dum in ejuſmodi Triadicis Catholici dogmatis profeſſionem in Hæreticam commutaſſet? qua profecto cura vel unius verbuli huc & illuc ſolerter inſperſi additamento egregie defunctus fuiſſet, eoque facinore clarus, ne laude quidem ſatis idonea a gregalibus ſuis affici potuiſſet. Quod cum minime præſtitum reperirem, in ſinu meo mirifice gaudens evidenti prorſus demonſtratione colligebam, Codices illos, quos ante oculos habebam, nequaquam a Græcis Schiſmaticis in odium veræ Fidei ſtudioſe fuiſſe depravatos. Occurrebatque animo meo validiſſimum illud argumentum ab Hieronymo in Commentariis in Iſaiæ cap. VI. & ab Origene lib. VIII. in Iſaiam inſinuatum, quo Viri docti probare conſueverunt, Hebræos originalem ſacræ Scripturæ textum nulla ratione in odium Chriſtianæ Religionis falſaſſe, & corrupiſſe; quandoquidem, aiunt ipſi, ſi ſcelus hujuſmodi admittendi animus, aut facultas Judæis ſeu Doctoribus, ſeu Amanuenſibus fuiſſet, illud profecto a vaticiniis de Chriſto, a locis, quæ de præcipuis Myſteriis Chriſtianæ Religionis agunt, inchoaſſent. *Si Judæi* (ait Bellarminus lib. II. de Verbo Dei cap. II.) *falſare voluiſſent divinas Scripturas in odium Chriſtianorum, ſine dubio præcipua vaticinia ſuſtuliſſent; id autem minime fecerunt.* Eorumdem Triodii Codicum integritas aliunde etiam mihi primo aſpectu liquidiſſime innotuit, videlicet ex Hymno Sabbati hebdomadæ Tyrophagi, in quo ſanctorum prius Monachorum, dein vero Eccleſiæ Græcæ Doctorum, atque Optimatum prolixus catalogus texitur, omneſque canticis celebrantur. Ibi vero non Photius, non Cerularius percenſetur, non alius quivis ex iis, quos Græcia Schiſmatica ceu Paſtores, ac Magiſtros ſuos colit, atque exoſculatur. Quidnam amabo, utroque ſilentio diſertius occurrere poterat ad comprobandam Codicum illorum ſinceritatem? At diſertiora

ra ad eam rem adhuc videbantur dicta quædam ex iiſdem erumpentia, quibus dogmata de Purgatorio, & de Sanctorum ante ſupremi Judicii diem beatitate, adverſus Schiſmaticorum errores admirandum in modum mihi adſtrui poſſe videbantur. Demum reputabam, quod cum Eccleſiaſticarum Precum Volumina apud omnes nationes quotidiano Fidelium uſu terantur, ac proinde innumera propemodum earumdem exemplaria ultro citroque circumferri conſueverint, vix ac ne vix quidem contingere poſſe credendum, ut vitia in unum vel alterum Codicem a perfido Amanuenſi invectata latius in omnes ab aliis Amanuenſibus exaratis pervagentur. *Abſit* (inquit Aug. lib. xv. de Civit. Dei cap. 13. Judæos Scripturas minime corrumpere potuiſſe probans) *ut prudens aliquis Judæos cujuslibet perverſitatis, atque malitiæ tantum potuiſſe credat in Codicibus tam multis, & tam longe, lateque diſperſis.* Divinorum vero Officiorum uſus nullibi frequentior, quam apud Græcos, quibus nimirum teſte Allatio in Diſſert. 1. de libris Eccleſ. Græcor. pag. 6. præter Monachos, & Sacerdotes, ſæculo etiam addicti homines, & mulieres incumbunt. Adeo autem verum eſt perverſos Schiſmaticos in eorum Officiorum Voluminibus id minime potuiſſe, ut cum recentes Codices, vel edita typis exemplaria primum aſſumentis ſuis inficere ſunt aggreſſi, concordibus veterum Autographorum teſtimoniis in promptu ſit illorum malitiam refellere; concordibus, inquam, nam licet prælaudati Codices non in omnibus inter ſe conveniant, mirifica tamen eorum conſenſio eſt in ſuppeditandis telis, quibus Schiſmatis errores profligentur. Demum in memoriam mihi redibat, quam acriter non multos ante annos, dum contra veterum Diplomatum fidem in Italia, perinde atque in Gallia controverſia mota fuiſſet, pro illorum, aliorumque id genus monumentorum vindiciis a clariſſimis Viris pugnatum fuerit, & quam egregie ab iiſdem demonſtratum, ea ſincera, & legitima eſſe reputanda, quorum falſitas nullis certis, indubitatiſque argumentis evinci poteſt, homines vero, qui horum fidem, & auctoritatem vel univerſim, vel maxima ex parte ob leviſſimas ratiunculas, & difficultates elevare contendunt, ſuis machinationibus eo tendere, ut ſanctiones Pontificum, & Principum impetant, infringant jura publica, privatorum fortunas in periculum vocent; uno verbo, ut maximam toti reipublicæ injuriam, & perniciem importent.

VIII. Cum vero de eorum Codicum integritate hanc animo meo opinionem imbiberem, non idcirco in iiſdem omnia plana prorſus futura exiſtimavi, imo vero quædam ibi reperiri perſenſi, quæ ſeu pio interprete,

ſeu

ſeu medica etiam manu indigerent, ne quis illis adverſus Catholicam doctrinam abutendi cuivis aditus pateret. In quibus tamen adnotandis, reprobandiſque quam æqua, quam temperata eſſe debeat animadverſio, norunt omnes, qui Cenſoris munus vere, & ſalubriter æſtimare norunt; pervulgatum ſiquidem eſt, nulla eſſe verba adeo clara, & expedita, quin eis poſſit ſenſus falſus, & hæreticus inædificari, nihilve adeo innoxium, & labis expers, quin cenſura acerbius vexatum notari, & configi valeat. Ea æquitas, ea temperantia nullibi profecto ſalubrior, ut reor, quam cum Eccleſiaſticarum Precum formulæ ad Theologicam trutinam revocantur; tum quod pie dicta, pie etiam mihi accipienda videantur; tum quod magnopere cavere debeam, ne rigidiorem cenſorem agens, eorum petulantiam foveam, & acuam, quibus volupe eſt, plura divinorum Romanæ Eccleſiæ Officiorum loca, multiplices ſenſus admittentia, ad unum ex illis malitioſius obtorta criminationi ſubjicere, atque in erroris invidiam vocare; tum demum quod Eccleſiæ Patribus, atque Magiſtris, quos eorum Officiorum Auctores eſſe conſtat, maximam debeam reverentiam. Sardum quemdam Theodori Studitę Quadrageſimalia Triodia carpentem (ea ipſa, quę priore hac Operis parte vulgamus, potiorem tam in excuſis, quam in manu exaratis Triodii Exemplaribus locum obtinentia) virgis ab eodem ſancto Viro in ſomnis oblato probe multatum, narrat Michael Studita in ejus Vita, noſque ex eo in ſecunda Diatriba. Quibus ego verberibus excipiendus forem, ſi iiſdem Hymnis non barbaram ſyntaxim, non pedeſtris orationis vitium, quibus Sardus ille offendebatur, ſed pravę doctrinę crimen temere affingerem? Juvat humeris ſuis timentes alieno periculo ſapere. Scripta ſua omnino ſana, omnino ad utilitatem compoſita Theodorus ipſe, dum homo ille cęderetur, affirmavit, ſubdens, nunquam futurum fuiſſe, ut illa reciperent Eccleſię Dei, atque alię aliis traderent, niſi fructum ex ipſis redundaturum intelligerent. Forte etiam id genus injurię nec magis patientes, nec minus vindictę cupidos ſe oſtenderent Joſephus Studita, Joannes Damaſcenus, Theophanes Graptus, Andreas Cretenſis, Coſmas Majumenſis, reliquorum Triodii Hymnorum auctores, tam ſanctitatis, quam doctrinę nomine in Eccleſiaſticis Tabulis celeberrimi, quemadmodum ſecunda Diatriba edocebit. Certe Theodorum Studitam (ut alios hic omittam) Martyrologium Romanum die XII. Novembris, ob Fidem ſtrenue defenſam in univerſa Eccleſia Catholica celebrem teſtatur. Ejuſdem Theodori do-


ctri-

ctrinam pluribus locis commendat Cardinalis Baronius in Annalium Tomo IX. & pręſertim anno DCCCIX. num. 43. hęc ſcribens: *Porro Theodorus hoc tempore ceteris eminentior doctrina in Oriente fulgebat, ut Orthodoxi omnes ejus Eccleſiæ, cum quid dubitationis in facultatibus Theologicis habere contingeret, ad eum tamquam ad oraculum ſolerent recurrere*. Et infra: *Quam bene conſuluit Deus ſua providentia his temporibus perditiſſimis Eccleſiæ Orientali, cum malorum Epiſcoporum, & peſſimorum Imperatorum conatu, univerſum ferme Evangelium, & reliqua divina Scriptura in maximum diſcrimen adducerentur . . . . . niſi Theodori tuba intonuiſſet, tanto illato vulnere Evangelio, totus pene Oriens corruiſſet*. In talis, tantique Doctoris ſcriptis locum reprehenſionis imprudentia mea inveniens, miſellus homuncio quidpiam aſperius ſane quam fuſtuarium promerebor.

IX. Poſtquam ex illo ſpecimine de Codicum integritate mihi certo conſtitit, pergratus accidebat cujuſdam brevitatis, quam illi præſeferebant, conſpectus, ſeu certa antiquitatis eorumdem Codicum nota. Ea brevitate excuſos Græcorum Officiorum libros nimis quam fraudatos fuiſſe per ſequiorum temporum additamenta inſulſa plerumque, & aliquando peſſima, ſæpius conqueritur Allatius, & alii qui hanc materiam attingunt. Hæc Allatii ſunt verba in Diſſert. II. de Libris Eccleſ. Gręcor. pag. 113. *Animadvertendum eſt, libri hujus* (Triodii) *plures, & varios fuiſſe auctores, qui pro tempore alia, atque alia addendo, librum neque parvum per ſe, neque exiguum, majorem etiam uſque ad faſtidium fecere adeo, ut, ſi modus non adhibeatur, & temeritas addentium non tantum in iſto libro, ſed in aliis etiam comprimatur, erit cum nox, & dies pro illis ſolum recitandis (tantum abeſt ut cani poſſint) quæ vix modo ſufficiunt, ſatis non erunt. Quare Sacerdotes, qui noſtro hoc ævo lectione tam prolixa defatigati, ſæpe ſæpius ab Officiis recitandis abſtinent, vel pro libito omittentes, quaſi per ſaltus, quæ ſibi videntur, tantum recitant, plauſibiliori nomine impotentiam cauſati penitus omittent omnia. Eoque præcipue, quod apud eos ad hunc diem non convenit, quæ quiſque quolibet die recitare teneatur*. Juſtæ cuidam Græcorum Officiorum brevitati conſultum voluit Julius Antonius Sanctorius Cardinalis, ſaltem pro iter agentibus, & aliis, qui quamcumque ob cauſſam choro intereſſe non poſſent; namque eo jubente Antonius Arcudius edidit Romæ anno 1598. Græcum Breviarium, novum Anthologium, ſeu Florilegium inſcriptum. Verumtamen cum nullo plauſu exceptus fuerit liber ille, ut ab Allatio

tio adnotatum reperimus Diſſert. 1. de libr. Eccleſ. Græcor. pag. 105. propterea quod, quemadmodum ille ſcribit, intra ſanctorum terminos minime ſe continuit Arcudius, imo vetera immutavit, integra obtruncavit, perfecta immiſcuit, & de ſuo addidit incompta, atque inſulſa, inde perdiſcimus, legitimam brevitatem, quæ omnium ſtomacho ſapiat, nonniſi ex vetuſtis Autographis depromendam; cum viciſſim ipſa illorum antiquitatem commendet.

X. Quibus omnibus mente mea mature perpenſis, doctorumque Virorum exquiſitis ſententiis, novam Græcorum Officiorum Editionem ad antiquos Codices recognitam, & caſtigatam adornandi conſilium inii; moxque a Triodio Quadrageſimali exorſus, priorem ejus partem typis jam evulgatam exhibeo ad fidem præſtantiſſimi membranacei Codicis Barberini. Hunc maxime deligendum cenſui, quod ceteros antiquitate præſtaret. Scriptum fuiſſe ante annos ſexcentos, & amplius ex Calligraphi nota ad calcem appoſita edocemur. Ea hujuſmodi eſt.



Scriptus eſt liber iſte manu Leonis peccatoris, & Notarii. Abſolutus eſt menſe Januario die 26. Indictione 13. feria 2. hora 6. anno 6628. Qui legitis, orate, & ignoſcite mihi.

Notum eſt Græcos ſecundum æram ſuam communem ducere annum a Creatione mundi, atque annos ante Chriſtum natum numerare 5508. iis itaque demptis e Leonis Calligraphi nota, annus Chriſti 1120. exſurget, quo Barberinum Triodium a Leone peccatore, & Notario ſuerit

Digitized by Google

rit abſolutum . Notarios libris deſcribendis deputatos , & Calligraphorum officio functos fuiſſe, tradit cl. Montfauconius Palæogr. Græcæ lib. I. cap. v. idemque cap. VI. inter Calligraphorum notas, quas ibi recenſet, plures adfert, in quibus ii ſe quandoque *peccatores*, quandoque *minimos* , quandoque *indignos* appellant . Ibidem formula illa, aut omnino ſimilis *Qui legitis orate , & ignoſcite mihi*, prædictis Scriptorum notis ſæpius appoſita deprehenditur. Frequentiſſima eſt in iſto Codice Vocalium commutatio , eaque ſæpius ſenſum interturbat , accentus quoque, & ſpiritus negligenter plerumque adſcribuntur ; quæ vitia a vetuſtioribus etiam Calligraphis admiſſa, non uno loco teſtatur Montfauconius in mox laudato Opere . Hæc ipſa ſubſcriptio ſemel & iterum Leonis Amanuenſis ſeu imperitiam, ſeu oſcitantiam probat. Indictionis nota, in qua a veteribus librariis ſæpe peccatum , aut variatum fuiſſe , jam multi Viri docti animadverterunt , exacte poſita eſt ad Calculorum , & Tabularum chronologicarum fidem , nam Indictio XIII. juſte reſpondet anno ſeu Græcorum 6628. a mundi Creatione, ſeu Latinorum 1120. ab ejuſdem Reparatione.

XI. Quod gliſcente Schiſmate Barberinus Codex exaratus fuerit , nihil inde divinorum Officiorum , quæ complectitur , authoritati decedit; ea prorſus ratione, qua Græcorum Patrum Editiones ex Codicibus poſt Schiſma deſcriptis expreſſæ , a Catholica Eccleſia ſuſcipiuntur , dum conſtet Archetypa illa dolo Schiſmaticorum minime fuiſſe corrupta: cui fraudulentæ depravationi prælaudata Græcorum Officiorum Autographa haud certe patuiſſe, palam, ni fallor, demonſtravi. Imo vero Barberini Codicis ætas novo documento evincet , quam inverecundum poſſideant animum recentiores Schiſmaticorum Magiſtri , dum horrendum facinus divina Officia ſuis interpolationibus commaculandi , a quo ſeniores Schiſmatis Antiſtites abſtinuerunt , ipſi attentare ſunt auſi.

XII. Faxit Deus Optimus Maximus , ut ſuſcepto hujus caſtigationis labori uber fructus reſpondeat . Scilicet ut Græci Orthodoxi Patrum ſuorum depoſitum , nulla peregrinationis nota (a qua ipſi utpote avitorum rituum ſtudioſiſſimi maxime abhorrent) immutatum , optima fide ſibi latina manu reſtitui gratulentur . Schiſmatici vero vetuſta eorumdem Officiorum Exemplaria in manus accipientes , eorum , qui ſacris ſuis præſunt, fraudem atque perfidiam detegant, nec amplius ſibi fucum fieri patiantur, ab iiſdem pro pane, pro piſce, pro ovo, lapide,

pide, ſerpente, ſcorpione donati. Ut Novatores noſtri temporis intelligant, quam falſo ſibi de conſenſu veteris Græciæ in iis, quæ adverſus Catholicos Romanos impugnant, dogmatibus adblandiantur; quin ſe ab ea quam maxime diſſidere comperiant, dum in antiquiſſimis illius Eccleſiæ Precationum Tabulis, frequentiſſimis, & diſertiſſimis verbis inculcatum deprehendent, Chriſti matrem omnibus Sanctis, & Angelis ſanctiorem peccato omnino caruiſſe, multum in ejus invocatione confidendum, miſericordiam illius implorandam, & dies illius feſtos ſolemni ritu agendos; ſanctos homines hujus vitæ afflictionibus æterna gaudia promereri, poſt eam vero ab omnibus malis exemptos viſione beatifica frui, intentiſſimis precibus eorum apud Deum auxilia expoſcenda, Templa & Baſilicas in illorum honorem exædificanda, illorum memorias celebrandas, & reliquias atque imagines veneratione proſequendas; eos autem, quibus aliquid in alia vita luendum ſupereſt, vivorum precibus pro ipſis ad Deum fuſis magnopere juvari, ut a pœnis exſoluti citius ad perennem beatitatem perducantur; Crucem ſanctam adorandam, encomiis celebrandam, ejuſque ſigno fidendum; Opera meritoria ad ſalutem conſequendam requiri; ad eam utiles, & neceſſarias preces; Litanias & Proceſſiones peragendas; jejuniis & arbitrio ſibi conſtitutis, indictiſque ab Eccleſiis corpus extenuandum; ſanctum eſſe Monaſticæ vitæ inſtitutum; hæc inquam & alia hujuſmodi, ab Allatio pluribus locis explanata, genuina eſſe veteris Græciæ dogmata, fidem, ritus, & conſuetudines ex authenticis, quæ vulgamus, vel unius Triodii monumentis, velint nolint deprehendentes Novatores noſtrorum temporum agnoſcant, quanta cum temeritate conſenſionem illius Eccleſiæ cum eorum Sectis in Fidei rebus venditent; cum ſuperius recenſita Religionis capita Romanis dogmatibus mirifice congruant, eorumdem vero ſententiis penitus refragentur. Ut, quotquot Chriſtiano nomine cenſentur, novis argumentis magis magiſque edoceantur, Romanam Eccleſiam eam vere eſſe, cui ex Chriſti oratione illudi non poſſit: cui maxime incumbat, in commiſſa ſibi a Domino Vinea, ſuperſeminata bono tritico ab homine nequam zizania eradicare: Eam eſſe, quæ, ut Auguſtini verbis utar lib. 1. ad Bonifacium cap. 1. cum non deſinant Hæretici fremere ad Dominici gregis caulas, atque ad diripiendas tanto pretio redemptas oves, aditus undecumque rimari, ipſa in celſiore ſpeculæ Paſtoralis

Digitized by Google

ralis faſtigio reſidens, peſtilentibus & inſidiantibus eorum ſcriptis medentia, & munientia ſcripta prætendat, quibus rabies, qua furunt, aut ipſa ſanetur, aut a lædendis aliis repellatur: Eam demum, quam, ut loquuntur Sextæ Synodi Patres in literis ad Romanum Pontificem, Chriſtus Deus noſter ſapientem medicum dedit, contagia hæreticæ luis fortiter propulſantem remediis Orthodoxiæ, ac valetudinis robur membris Eccleſiæ largientem.

XIII. Opus hoc, quod nunc primum edendum ſuſcipio, GRÆCIÆ ORTHODOXÆ VETUS OFFICIUM QUADRAGESIMALE inſcripſi.

XIV. Græco textui Latinam e regione Interpretationem adjunxi, ut pretioſis hiſce Græcanicæ pietatis Theſauris noſtrorum religio nunc primum locupletata, laboris mei fructum, qualiſcumque demum fuerit, conſequatur. In edendis, illuſtrandiſque Latinorum Officiorum libris præſtantiſſimorum Virorum egregie deſudavit induſtria, Græca vero (neſcio quo fato) in tenebris uſque adhuc jacuerunt, teſte etiam doctiſſimo Cardinali Tomaſio, qui in Præfatione Officii Feriæ Sextæ Majoris Hebdomadæ ſecundum ritum Græcorum, ab ipſo latine editi, Chriſtianum & pium Lectorem ita alloquitur: *Rem propterea me tibi jucundam facturum putavi, ſi iſtiuſmodi Officium ederem: cum nunc uſque (quod ipſe ſciam) nullum umquam e tenebris prodierit Latino ſermone Officium aliquod integrum Græcorum: unde totus ordo, atque compactio ſacrarum functionum illius gentis plenius innoteſceret*. In ea concinnanda me ſæpius in magnas conjectum anguſtias ſi dixero, verum dixero. Græca Latinis reddendi difficultatem etiam doctiſſimos Viros, qui hujuſmodi provinciam ſuſceperunt, preſſiſſe, fatentur ipſimet in Interpretationum ſuarum Præfationibus. At ad materiam, quæ ſtudium meum exercet, nihil aptius dici poteſt iis verbis, quæ in Hieronymi Præfatione ad Euſebii Chronicon leguntur: *Difficile eſt* (inquit) *alienas literas inſequentem, non alicubi excidere, & arduum, ut, quæ in alia lingua bene dicta ſunt, eumdem decorem in Translatione conſervent. Significatum eſt aliquod unius verbi proprietate, non habeo meum, quo id efferam, & dum quæro explere ſententiam longo ambitu, vix brevis viæ ſpatia conſumo. Accedunt hyperbatorum anfractus, diſſimilitudines caſuum, varietates figurarum, ipſum poſtremo ſuum, &, ut ita dicam, vernaculum linguæ genus; ſi ob neceſſitatem aliquid in ordine, vel*

in

in ſermone mutavero, ab Interpretis videbor officio receſſiſſe. Profecto quam arduum ſit in ſacris hiſce, quos edimus, Græcorum Hymnis vertendis boni Interpretis officio fungi, Gretſerus, Vagnerechius, Thomaſius, a quibus-nonnulli ex illis latino ſermone donati ſunt, ſuo didicerunt experimento. Gretſerus quidem in Procemio lib. v. Tom. III. de Cruce hæc habet: *Quod ad interpretationem attinet, verbum verbo propemodum numeravi certo conſilio*. At parum eloquens ſum *ob hanc verbis Græcis inhærendi rationem*. Quid ad te? *Inquit S. Hieronymus Præfat. Comment. in Epiſt. ad Epheſios*, Diſertiorem quære. Non digne Græca in Latinum transfero. Aut Græcos lege, ſi ejuſdem linguæ habes notitiam, aut ſi tantum Latinus es, noli de gratuito munere judicare, &, ut vulgare proverbium eſt, equi dentes inſpicere. Numquid te manu conſerta in jus traho, quia noſtra non legas? Me imperitior quiſque lecturus eſt: tua forſitan dicta, ſi ſcripſeris, Tullius admirabitur. Aut profer meliores epulas, *inquit ille idem ſanctus Hieron. Epiſt.* 50. & me conviva utere, aut qualicumque noſtra cœnula contentus eſto. Ita Gretſerus. Vagnerechius vero in Proleg. ad Piet. Marian. Græcor. num. 8. *Ego conatus ſum pro viribus efficere primum, ut haſce ſuaves Antiquorum Patrum (de matre amabiliſſimul, & admirabili) ſententias Græcas Latinis ſententiis rite explicarem, illarumque vim & ornatum, quoad poſſem, imitarer ſenſu nihil mutato: tum, ut (quoniam interpretabar materiam ſacram) verba adhiberem politioribus Latinorum Patribus uſitata, modumque dicendi temperatum, & ſacræ magis, quam prophanæ Eloquentiæ ſimilem, ſi nimirum verba ad religionem pertinentia conſideres. Quippe intimam Chriſtianæ pietatis medullam fruſtra quæras exprimere coloribus Ethnicorum veterum, ut qui de tantis cœlorum arcanis nec quidem per ſomnium cogitarunt*. Demum Thomaſius in mox laudato Procemio: *Elocutionis porro eam rationem ſequi optavimus, quæ ſacras quam maxime & religioſas actiones deceat: quæ nimirum ſtylo ſimplici ab Eccleſia uſitato, remotaque aſperitate, tota omnino apta ſit excitandæ pietati, commovendiſque blanditer affectibus, intra humilitatis, venerationis, ac ſancti cujuſdam tremoris cancellos præ reverentia divinæ Majeſtatis. Qua in re quidquid peccatum eſt a me, id Lector ignoſcat imperitiæ meæ. Quod ſi elegantiora cupiat, doctiorem Interpretem inveniat*. Quod a doctiſſimo, ſapientiſſimo, & religioſiſſimo Viro ſui minuendi cauſſa ex Chriſtianæ humi-

humilitatis ſenſu dictum eſt, id ipſum nudæ ego veritati obſecutus de mea Interpretatione edico: *Quidquid peccatum eſt a me, id Lector ignoſcat imperitiæ meæ.*

XV. Libro huic nonnullæ adjiciuntur Diatribæ, quæ ad materiam hanc illuſtrandam maxime facere poſſunt. An ita expediret, rem aliquantiſper dubiam mihi fecit quorumdam ſententia, quibus valde placuiſſet, Græcum textum, omni abjecta cunctatione, feſtinantibus typis evulgari; qua celeritate ajebant publicis utilitatibus melius conſultum iri, quam Diatribis, aliiſve id genus Adnotationibus, unde illa retardaretur; ſubdebantque, Cardinalem Thomaſium eximiam ſibi laudem comparaſſe in pluribus Latinorum Officiorum libris ad veterum Codicum fidem edendis, quamvis in illos nec Diſſertationes, nec Commentarios, nec Notas elaboraverit; demum vetera Eccleſiaſticorum Scriptorum monumenta per ſe expetenda, nec ad alliciendos ſtudioſos Lectores extranei fuci ornamento indigere. Vicit tamen aliorum conſilium affirmantium, Diatribis in hoc Volumine locum omnino tribuendum, ut Editio Græci textus, & Latinæ verſionis acceptior, ac proinde utilior prodiret. An vero finem iſtum aſſecutus ſim, tenuitatis meæ conſcius magnopere ambigo. Aliorum erit judicium. Illud tamen exploratiſſimum habeo (quod plures in Operum ſuorum Præfationibus adnotare conſueverunt) cunctis, quæ in hoc litterarum genere proferuntur, pro ſtudio legentium, ac ſtomacho, aut pretium, aut contemtum accedere. Nam ſi quidem æquum, ac ſtudioſum Lectorem invenerint, magni æſtimantur; ſi vero in faſtidioſas aures inciderint, pro nihilo ducuntur.

XVI. Antequam vero ex hac Præfatione manum tollam, officii poſtulat ratio, ut hic etiam loci ampliſſimo Cardinali FRANCISCO BARBERINO ampliſſimas gratias agam ob præſtantiſſimi Codicis uſum mihi liberaliter impertitum ex Bibliotheca ſua innumeris optimorum ſcriptorum exemplaribus inſtructiſſima. Quin ipſi gratiæ habendæ erunt ab omnibus illis, in quos e nova hac Græcorum Officiorum editione ad ejuſdem fidem adornata aliquod utilitatis genus derivabitur. Maximas autem referre debet *Græcia, quæ* (ut Te, Eminentiſſime Princeps, iis verbis compellem, quibus olim Leo Allatius Cardinalem Capponium, Vaticanum Bibliothecarium, allocutus eſt, GRÆCIÆ ORTHODOXÆ Scriptores ei offerens)

hoc

hoc ſe nomine tibi devinctiſſimam confitetur , tamquam quæ nunc tandem magnifica tua liberalitate , quæ ipſa recentiorum Magiſtrorum male feriatis cavillationibus dedidicerat , magno ſuo uſu addiſcit , & acutiſſime perſpicit , quid in re quaque veriſſimum ſit , luciſque tuendæ copiam adipiſcitur . Tibi demum gratiam etiam habebunt (ſi ita fari liceat) ſanctiſſimi Eccleſiæ Græcæ Patres, quorum monumenta Tui Codicis ope ſeu primum evulgantur , ſeu primum cum Latinis communicantur ; ac præſertim ſanctus Theodorus Studita , Græcorum Hymnologorum princeps : Ille ipſe , quem Eminentiſſimo Cardinali Franciſco Barberino Propatruo tuo in deliciis inter ceteros Patres fuiſſe , teſtatur Franciſcus Arcudius in Epiſtola , qua Urbano VIII. Theodori Litteras ejuſdem Cardinalis juſſu in inſignioribus tum Romæ , tum aliarum civitatum Bibliothecis conquiſitas, atque tranſcriptas nuncupavit; *idque propter maximam* (Arcudii ſunt verba) *Theodori Studitæ erga Romanam Eccleſiam reverentiam , & cum Apoſtolica Sede conjunctionem*.

Poſtremum (id etiam addo) ſi qua in Græci Textus editione, in Latina Verſione , in Diatribis , non ſatis accurate , aut mature pro rei gravitate nobis exciderint , HÆC OMNIA SANCTÆ ECCLESIÆ CATHOLICÆ APOSTOLICÆ ROMANÆ, CUJUS GRATIA LABOR HIC A NOBIS SUSCEPTUS EST, JUDICIO AC CENSURÆ SUBIICIMUS.

NOI

Digitized by Google

NOI REFORMATORI
DELLO STUDIO DI PADOVA.

AVendo veduto per la Fede di Reviſione, ed Approbatione del P. F. Tommaſo Maria Gennari Inquiſitore nel Libro intitolato: *Officium Quadrageſimale Recognitum, & Caſtigatum &c. cura, & labore P. Angel-Querini Veneti*; non v' eſſer cos' alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Atteſtato del Segretario Noſtro, niente contro Principi, e buoni coſtumi, concedemo Licenza a *Giambatiſta Albrizzi Stampatore*, che poſſi eſſer ſtampato, oſſervando gli Ordini in materia di Stampe, e preſentando le ſolite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. 13. *Febraro* 1728. *M. V.*

(Gio: Franc. Moroſini Cav. Reff.
(Andrea Soranzo Proc. Reff.
(Pietro Grimani Cav. Proc. Reff.

Agoſtino Gadaldini Segr.

E A-

ΕΛΛΑΔΟΣ ΟΡΘΟΔΟΞΗΣ
ΠΑΛΑΙΑ ΑΚΟΛΟΥΘΙΑ
ΤΗΣ ΑΓΙΑΣ ΚΑΙ ΜΕΓΑΛΗΣ
ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΗΣ.

GRÆCIÆ ORTHODOXÆ
VETUS OFFICIUM
Sanctæ, & Magnæ Quadrageſimæ.

ΤΩ ΣΑΒΒΑΤΩ ΤΗΣ ΑΠΟΚΡΕΟΥ.

Κάθισμα Ἦχος *πλάγιος δʹ.*

Ὁ Βάθει σοφίας φιλανθρώπως πάντα οἰκονομῶν, καὶ τὸ συμφέρον πᾶσιν ἀπονέμων, μόνε Δημιουργὲ, ἀνάπαυσον, Κύριε, τὰς ψυχὰς τῶν δούλων σου. ἐν σοὶ γὰρ τὴν ἐλπίδα ἀνέθεντο, τῷ Ποιητῇ, καὶ Πλάστῃ, καὶ Θεῷ ἡμῶν.

SABBATO CARNISPRIVII.

Cathisma *Tonus obliquus 4.*

Profunditate ſapientię clementer omnia regens, cunctiſque convenientia commoda impertiens, ſolus Opifex, requieſcere fac animas ſervorum tuorum; in te quippe ſpem collocarunt Factore, ac Conditore, & Deo noſtro.

Sabbato Carnis privij.

Stichira *Tonus obl. quart. ad modulum, Paradiſus in Edem quondam.*

Chriſtus ſurrexit, ſoluto a vinculis Adamo protoplaſto, & everſo inferorum imperio; defuncti omnes bono animo eſtote, peremta eſt mors, direptuſque ſimul infernus, & Chriſtus crucifixus, atque reſurgens regnavit; ipſe nobis largitus eſt incorruptionem carnis, ipſe exſuſcitat nos, donatque nobis reſurrectionem, necnon gloriâ illâ cũ jucunditate dignos efficit omnes, qui indeclinabili fide fervidam in eo fiduciam poſuerunt.

Simile.

A ſæculo defunctorum, omnium nominatim, qui cum fide vitam piè exegerunt, memoriam hodie peragentes, Fideles, Salvatorem, & Dominum laudibus celebremus, enixè poſtulantes, ut ii in judicij horâ ipſi Deo noſtro terram omnem judicanti bene reſpondeant, dexteram ejus ſtationem cum gaudio conſequentes, in parte juſtorum, & in Sanctorum illuſtri ſorte, dignique cœleſti ejus regno habeantur.

Στιχηρὰ ἦχος πλάγιος δ΄. Πρὸς, Ὁ ἐν Ἐδὲμ Παράδεισός ποτε.

Χριστὸς ἀνέστη λύσας τῶν δεσμῶν Ἀδὰμ τὸν πρωτόπλαστον, καὶ τοῦ ᾅδου καταλύσας τὴν ἰσχύν. θαρσεῖτε πάντες οἱ νεκροί, ἐνεκρώθη ὁ θάνατος, ἐσκυλεύθη καὶ ὁ ᾅδης σὺν αὐτῷ, καὶ ὁ Χριστὸς ἐβασίλευσεν ὁ σταυρωθείς, καὶ ἀναστάς. αὐτὸς ἡμῖν ἐχαρίσατο τὴν ἀφθαρσίαν τῆς σαρκός, αὐτὸς ἀνιστᾷ ἡμᾶς, καὶ δωρεῖται τὴν ἀνάστασιν ἡμῖν, καὶ τῆς δόξης ἐκείνης μετ᾽ εὐφροσύνης πάντας ἀξιοῖ, τοὺς ἐν πίστει ἀκλινεῖ πεπιστευκότας θερμῶς ἐπ᾽ αὐτῷ.

Ὅμοιον.

Τῶν ἀπ᾽ αἰῶνος σήμερον νεκρῶν, ἁπάντων κατ᾽ ὄνομα, μετὰ πίστεως ζησάντων εὐσεβῶς, μνήμην πλοῦντες οἱ Πιστοί, τὸν Σωτῆρα, καὶ Κύριον ἀνυμνήσωμεν, αἰτοῦντες ἐν ὥρᾳ τῆς κρίσεως ἀπολογίαν ἀγαθὴν δοῦναι αὐτῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν, τῷ πᾶσαν κρίνοντι τὴν γῆν, τῆς δεξιᾶς αὐτοῦ παραστάσεως τυχόντες ἐν χαρᾷ, ἐν μερίδι δικαίων, καὶ ἐν Ἁγίων κλήρῳ φωτεινῷ, καὶ ἀξίους γενέσθαι τῆς οὐρανίου βασιλείας αὐτοῦ.

Ὁ

Sabbato Carnis privii.

Ὅμοιον.

Ὁ τῷ οἰκείῳ αἵματι βροτοὺς, Σῶτερ, ἐκπριάμενος καὶ θανάτῳ σου, θανάτου τοῦ πικροῦ ἐκλυτρωσάμενος ἡμᾶς, καὶ ζωὴν αἰώνιον παραχὼν τῇ ἀναστάσει σου ἡμῖν, πάντας ἀνάπαυσον, Κύριε, τοὺς κοιμηθέντας εὐσεβῶς, ἢ ἐν ἐρήμοις, ἢ ἐν πόλεσιν, ἢ ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν γῇ, ἢ ἐν παντὶ τόπῳ, Βασιλεῖς τε, Ἱερεῖς, Ἀρχιερεῖς, μοναστὰς, καὶ μιγάδας, ἐν ἡλικίᾳ πάσῃ, παγγενῆ, καὶ ἀξίωσον αὐτοὺς τῆς οὐρανίου βασιλείας σου.

Simile.

Salvator, qui proprio ſanguine mortales redemiſti, ac morte tuâ nos ab amarâ morte vindicaſti, vitamquè ſempiternam reſurrectione tuâ nobis tribuiſti, præſta, Domine, ut omnes piè defuncti, aut in eremis, aut urbibus, aut mari, aut terrâ, aut in omni loco, Reges, Sacerdotes, Præſules, ſolitariè, & ſimul viventes, cujuſvis ætatis, generum omnium, requie donentur, & cœleſte regnum tuum promereantur.

Ὅμοιον.

Τῇ ἐκ νεκρῶν ἐγέρσει σου, Χριστὲ, οὐκέτι ὁ θάνατος κυριεύει τῶν θανόντων εὐσεβῶς, διὸ αἰτοῦμεν ἐκτενῶς, τοὺς σοὺς δούλους ἀνάπαυσον ἐν αὐλαῖς σου, καὶ ἐν κόλποις Ἀβραὰμ, τοὺς ἐξ Ἀδὰμ μέχρι σήμερον λατρεύσαντάς σοι καθαρῶς, πατέρας, καὶ ἀδελφοὺς ἡμῶν, φίλους ὁμοῦ, καὶ συγγενεῖς, ἅπαντα ἄνθρωπον τὰ τοῦ βίου λειτουργήσαντα πιστῶς, καὶ πρὸς σὲ μεταστάντα πολυειδῶς, καὶ πολυτρόπως ὁ Θεὸς, καὶ ἀξίωσον τούτους τῆς οὐρανίου βασιλείας σου.

Simile.

Tuâ, Chriſte, è mortuis reſurrectione, non amplius mors piè morientibus dominatur, quare magnopere oramus, ut in habitaculis tuis, & in Abrahæ finibus requiem præbeas ſervis tuis, qui ab Adamo uſque ad præſens tibi purè famulati ſunt, patribus, ac fratribus noſtris, amicis pariter, atque cognatis, omni homini, qui fideliter vitam impendit, atque ad te, Deus, multifariam, multiſque modis commigravit eoſque tuo cœleſti regno dignare.

Sabbato Carnis privij.

CANON *gerit Acroſtichiden in Theotocijs, & Triadicis INDIGNI THEODORI.*

ODE I. *ton. obl.* 4.

Canticum promamus.

Chriſtum precemur omnes, eorum, qui à ſeculo obierunt, commemorationē hodie celebrantes, ut ab æterno igne liberet illos, qui in fide, ac ſpe æternæ vitæ obdormierunt.

Profunditate judiciorum tuorum, Chriſte, ſapientiſſimè tu prædefiniſti cujuſque vitæ finis locum, & modum, quare quos in omni regione ſepulcrum operuit, ſalva, ò clementiſſime, in judicio tuo.

Terminos vitæ noſtræ qui poſuiſti, fac ergo, Domine, æternæ lucis filios, eos, qui è vitę nocte evigilarunt, Sacerdotes orthodoxos, & Reges, ac omnem populum tuum.

Quos mare demerſit, & bellum demeſſuit, quos iridem terræ motus compreſſit, atque homicidæ enecarunt, quoſque ignis in cinerem redegit, Fidelium miſerator, in juſtorum parte conſtitue.

Univerſa carnis debita, Salvator noſter, diſſimulans,

Ο ΚΑΝΩΝ φέρει Ἀκροστιχίδα ἐν τοῖς Θεοτοκίοις, καὶ Τριαδικοῖς ΤΟΥ ΑΝΑΞΙΟΥ ΘΕΟΔΩΡΟΥ.

ΩΔΗ α΄. ἦχος πλάγιος δ΄.

Ἆσμα ἀναπέμψωμεν.

Πάντες δυσωπήσωμεν Χριστὸν, τελοῦντες μνήμην σήμερον τῶν ἀπ' αἰῶνος νεκρῶν, ἵνα τοῦ αἰωνίου πυρὸς αὐτοὺς ῥύσηται, πίστει κεκοιμημένους, καὶ ἐλπίδι ζωῆς αἰωνίου.

Βάθει τῶν κριμάτων σου, Χριστὲ, πανσόφως σὺ προώρισας ἑκάστου τέλους ζωῆς τὸν τόπον, καὶ τὸν τρόπον, διὸ οὓς ἐκάλυψε τάφος ἐν πάσῃ χώρᾳ, ἐν τῇ κρίσει σῶσον, πανοίκτιρμον.

Ὅρους τῆς ζωῆς ἡμῶν ὁ θεὶς, διὸ τοὺς ἀφυπνώσαντας ἐκ τῆς τοῦ βίου νυκτὸς, ἡμέρας ἀνεσπέρου υἱοὺς δεῖξον, Κύριε, Ἱερεῖς ὀρθοδόξους, Βασιλεῖς τε, καὶ πάντα λαόν σου.

Οὕσπερ κατεκάλυψεν ὑγρὰ, καὶ πόλεμος ἐθέρισε, σεισμὸς ἢ οὓς συνέσχε, καὶ ἔκτειναν φονῶντες, καὶ πῦρ οὓς ἐτέφρωσε, τῶν Πιστῶν ἐλεῆμον, ἐν μερίδι τάξον τῶν δικαίων.

Πάντα παρορῶν τὰ τῆς σαρκὸς ὀφλήματα, Σῶτερ ἡμῶν, ἐν πά-

Sabbato Carnis privij.

πάσῃ ἡλικίᾳ, παντὸς γένους ἀνθρώπων, πρὸ τοῦ κριτηρίου σου στῆσον ἀκατακρίτους σοὶ τῷ Κτίστῃ ἀπολογουμένους.

Τριαδικόν) Τρία μιᾶς φύσεως ὑμνῶ πρόσωπα αὐθυπόστατα, ἀγέννητον Πατέρα, Υἱὸν τὸν γεννηθέντα, καὶ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, ἄναρχον βασιλείαν, ἐξουσίαν, Θεότητα μίαν.

Θεοτοκίον) Ὄντως σὺ ἐφάνης Οὐρανὸς ἐπὶ τῆς γῆς μειζότερος τοῦ ἀνωτάτου πόλου, ἀνύμφευτε Παρθένε, ἐκ σοῦ γὰρ ἀνέτειλεν Ἥλιος ἐν τῷ κόσμῳ, ὁ δεσπόζων τῆς δικαιοσύνης.

ΩΔΗ β΄.

Πρόσεχε οὐρανὲ καὶ λαλήσω.

Δώσομεν μεγαλωσύνην Κυρίῳ, τῷ τῆς ἀφθάρτου ζωῆς ἀπαρχὴ γενομένῳ ἁπάντων τῶν κοιμηθέντων πιστῶς.

Οὓς ἔθαψε πᾶσα πόλις, καὶ χώρα ἐκ τοῦ αἰῶνος πιστούς, εἰς χώραν τῶν ζώντων ἀνάστησον, ὁ Θεὸς ἡμῶν.

Τὰ πνεύματα τῶν ἐν πίστει τοῦ κόσμου ἐκδημησάντων πιστῶς, Χριστὲ, ἐν τοῖς ὑπερκοσμίοις κατάταξον τῶν δικαίων σκηναῖς.

Εἱρμὸς ἄλλος, Ἴδετε, Ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Θεὸς ὑμῶν, ὁ πρὸ τῶν αἰώνων.

Ἴδετε, Ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ

omnis ætatis, cujuſvis hominum generis, ante tribunal tuum indemnatos ſiſte, tibi Creatori reſpondentes.

Triad.) Tres unius naturæ cano perſonas ex ſemetipſis ſubſiſtentes, ingenitum Patrẽ, genitum Filium, & Spiritum ſanctũ, regnum ſine principio, poteſtatem, Divinitatem unã.

Theotocion) Verè tu apparuiſti Cœlum ſuper terram, majus ſupremo polo, ò innupta Virgo, ex te ſiquidem ortus eſt Sol in mundo, juſtitiæ dominator.

Ode II.

Attende Cælum, & loquar.

Demus magnificentiam Domino, qui incorruptibilis vitæ factus eſt primitiæ omnium in fide mortuorum.

Quos humavit urbs omnis, ac regio a ſæculo fideles, Deus noſter, in regione viventium exſuſcita.

Spiritus illorum, qui in fide è mundo diſceſſerunt fideliter, Chriſte, in cœleſtibus juſtorum habitaculis loca.

Hirmus *alius, Videte, videte, quoniam ego ſum Deus veſter, qui ante ſæcula.*

Videte, videte, quoniam ego

Sabbato Carnis privij.

ego ſum Deus veſter, qui juſto judicio vitæ fines conſtitui, qui è corruptione ad incorruptionem omnes in ſpe æternæ reſurrectionis defunctos adſumſi.

Θεὸς ὑμῶν, ὁ δικαίᾳ κρίσει πήξας ὅρους τῆς ζωῆς, ὁ εἰς ἀφθαρσίαν ἐκ φθορᾶς προσλαβόμενος πάντας τοὺς κοιμηθέντας ἐπ' ἐλπίδι αἰωνίου ἀναστάσεως.

Cũ tuâ manu omnia, Chriſte adſumſeris, eos, qui in quatuor elementa diſſoluti ſunt, tuo in adventu coagmẽtatos reſuſcita, omnia ſeu ignorantiæ, ſeu ſcientiæ dimittens eis debita.

Σοῦ ἐν τῇ παλάμῃ τὰ πάντα, Κύριε, προσλαβόμενος, τοὺς διαλυθέντας εἰς στοιχείων τετρακτὺν, ἐν τῇ παρουσίᾳ σου συμπήξας, ἀνάστησον, πάντα τὰ ἐν ἀγνοίᾳ, καὶ γνώσει συγχωρῶν αὐτοῖς ὀφλήματα.

Aſſumti a te, Domine, ex quatuor finibus orbis, qui in fide obierunt, mari, ſeu terrâ, ſeu in fluminibus, fontibus, ſeu lacubus, ſeu puteis, eſca animantibus, volatilibus, & ſerpentibus, omnes quieſcant.

Ὁ ἐκ τῶν τεσσάρων, Κύριε, προσλαβόμενος τοὺς πιστοὺς θανόντας, ἐν θαλάσσῃ, ἢ ἐν γῇ, ἢ ἐν ποταμοῖς, πηγαῖς, ἢ λίμναις, ἢ φρέασι, βορὰ θηρσὶ γενομένους, πετεινοῖς, καὶ ἑρπετοῖς, πάντας ἀνάπαυσον.

O terribilem tui ſecundum, Domine, adventum! cùm tanquam in ſpecie fulguris adveniens in terram, creaturam omnem ad judicium excitabis, tunc eos, qui in fide vixerunt, occurrentes tibi adeſſe digneris.

Ὢ τῆς φοβερᾶς σου δευτέρας, Κύριε, ἐπελεύσεως. ὅτε, ὡς ἐν εἴδει ἀστραπῆς, ἐπὶ τῆς γῆς ἥκων, ἀναστήσεις πᾶν πλάσμα σου κρίνεσθαι, τοὺς πίστει τότε βιώσαντας, ὑπαντῶντάς σοι συνεῖναι καταξίωσον.

Triad. Perfectiſſima unitas, ſumme Deus, in tribus ſubſiſtens, Pater ingenite, Fili unigenite, Spiritus ex Patre procedens, per Filium autem manifeſtate, ſubſtantia

Τριαδικόν) Ὑπερτελεστάτη μονὰς, ὑπέρθεε, τρισυπόστατε, ἀγέννητε Πάτερ, Υἱὲ μονογενὲς, Πνεῦμα ἐκ Πατρὸς ἐκπορευθὲν, δι' Υἱοῦ δὲ φανὲν, οὐσία μία, καὶ φύσις, κυριότης,

βα-

Digitized by Google

Sabbato Carnis privij.

βασιλεία, σῶσον πάντας ἡμᾶς.

Θεοτοκίον) Ἄῤῥητον τὸ θαῦμα τῆς σῆς κυήσεως Μητροπάρθενε. πῶς γὰρ καὶ λοχεύεις, καὶ ἁγνεύεις ἐνταυτῷ; πῶς παιδοτοκεῖς, καὶ ἀγνοεῖς πεῖραν ὅλως ἀνδρός. Ὡς οἶδεν ὁ ὑπὲρ φύσιν ἐξ ἐμοῦ καινοπρεπῶς Λόγος Θεοῦ γεννηθείς.

ΩΔΗ γʹ. Ὁ στερεώσας ἐν τῇ χειρί σου.

Τοὺς διανύσαντας τὸν τοῦ βίου δρόμον ἐν δόξῃ διʼ εὐσεβεῖ, τὸν δικαιοσύνης ἀναδύσασθαι στέφανον, ἀξίωσον ὁ Θεὸς, καὶ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἀπολαῦσαι.

Οὓς πᾶσα φύσις τῶν ἐναλίων, καὶ πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ ἔλαβε κατάβρωμα, Χριστὲ, τοῖς σοῖς κρίμασιν ἀνάστησον, ὁ Θεὸς, ἐν τῇ ἐσχάτῃ ἡμέρᾳ μετὰ δόξης.

Τοὺς αἰφνιδίως ἀναρπασθέντας, καταφλεχθέντας ἀστραπαῖς, καὶ ἐναποψύξαντας ἐκ κρύους, καὶ πάσης πληγῆς, ἀνάπαυσον, ὁ Θεὸς, ὅτε τὰ πάντα ἐν πυρὶ δοκιμάσεις.

Τὴν ἀειτάραχον τοὺς τοῦ βίου θάλασσαν πλεύσαντας, Χριστὲ, ἐν τῷ τῆς ἀφθάρτου σου ζωῆς, καταξίωσον, λιμένι καταδραμεῖν, τοὺς ὀρθοδόξῳ ζωῇ κυβερνηθέντας.

una,& natura, dominatio,regnum,omnes nos ſalva.

The.) Ineffabile, Virgo Mater, conceptus tui prodigiũ! Quomodo enim parturis, & pura ſimul es? quomodo filium procreas,ac viri omnino expers es? Ut novit ſuper naturam ex me decenti novitate genitum Dei Verbum.

Ode III.

Qui firmaſti in manu tuâ.

Eos, qui vitæ curſum in opinione piâ tranſegerunt, dignare, Deus, juſtitiæ coronam induere,boniſqne frui ſempiternis.

Tr.) Unum, & Tres piè cano Deitatem, formâ, perſonis, conjungens, atque diſcernens, Pater, Filius, & Spiritus ſanctus, hi unum ſunt.

Th.) Te matrem vitæ, ex quâ immortale fluentũ Chriſtus Rex omnibus effluxit, ſemper Virgo, ſine ullâ intermiſſione magnificamus.

ΚΥΡΙΑΚΗ Β ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

Εἰς τὸν Ἄσωτον.

Στιχηρά.

Πρωΐ, Ἦχος πλ. β.

Τοὺς ἐν σκότει ἁμαρτημάτων πορευομένοις φῶς ἀνέτειλας, Χριστὲ, τῷ καιρῷ τῆς ἐγκρατείας, καὶ τὴν ἐπίσημον ἡμέραν τοῦ πάθους σου δεῖξον ἡμῖν, ἵνα βοῶμέν σοι, Ἀνάστα ὁ Θεὸς, ἐλέησον ἡμᾶς.

DOMINICA II. IEJUNIORUM.

In Prodigum.

STICHIRA.

Mane, ton. obl. 2.

Is, qui in peccatorum tenebris ambulant, lumen exortus es, Chriſte, tempore abſtinentiæ, inſignem quoque paſſionis tuæ diem nobis oſtende, ut clamemus ad te, Exurge Deus, miſerere nobis.

Dom.II. Jejun.

Veſpere, ton. obl. 4.

Patriæ poteſtatis frænos averſatus, inſtabili mente, belluinis peccati cogitationibus indulgens vitam traduxi, ſubſtantiam omnem meam luxurioſè abſumens, miſer ego, carens autem cibo, cui roborandi cordis vis ineſt, temporariâ voluptatis dulcedine ſaginatus ſum; verumtamen, Pater bone, ne benigna viſcera mihi claudas, ſed illis adapertis, ſuſcipe, ut filium Prodigum, ac ſalvum effice.

Ἑσπέρας, ἦχος πλ. δ'.

Χαλινοὺς ἀποπτύσας τοὺς πατρικοὺς, ἀστάτῳ φρενὶ, τοῖς κτηνώδεσι τῆς ἁμαρτίας λογισμοῖς συνέζησα, ὅλον μου τὸν βίον δαπανήσας ἀσώτως, ὁ τάλας ἐγὼ, τροφῆς δὲ λειπόμενος βεβαιούσης καρδίαν, πρὸς καιρὸν γλυκαίνουσαν ἡδονὴν ἐσιτευόμην. ἀλλ', ἀγαθὲ, μὴ κλείσῃς μοι τὰ φιλάνθρωπα σπλάγχνα, ἀλλ' ἀνοίξας δέξαι με, ὡς τὸν ἄσωτον υἱὸν, καὶ σῶσόν με.

CANON *gerit Acroſtichiden*
Iuxta ſeriem Alphabeti,
In Theotociis verò,
THEOPHANIS
Ton. obl. 4.
ODE I.
Curruum ductorem Pharaonem.

Prodigi voce cum fervidis lacrymis uſi, ante te Patrem omnium, & Deum procidimus, clamantes, Quoniam peccavimus longè à te facti, ac luxuriæ famulati; ſuſcipe pœnitentiam noſtram.

Regiâ nobilitate deſpectâ, quâ me donaveras, Verbum, homo propter me factus, paſcendis porcis, peccati ſo-

Ο ΚΑΝΩΝ φέρει Ἀκροστιχίδα
Κατὰ Στοιχείων.
Ἐν δὲ τοῖς Θεοτοκίοις,
ΘΕΟΦΑΝΟΥΣ.
Ἦχος πλάγιος δ'.
ΩΔΗ α'.
Ἁρματηλάτην Φαραώ.

Ἀναλαβόντες ἐν θερμοῖς τοῖς δάκρυσι τὴν τοῦ Ἀσώτου φωνὴν, σοὶ τῷ Πατρὶ πάντων, καὶ Θεῷ προσπίπτομεν βοῶντες, ὡς ἡμάρτομεν ἀπὸ σοῦ μακρυνθέντες, καὶ ἀσωτίᾳ δουλεύσαντες, πρόσδεξαι ἡμῶν τὴν μετάνοιαν.

Βασιλικὴν ὑπεριδὼν εὐγένειαν, ἣν ἐχαρίσω μοι, ὁ δι' ἐμὲ Λόγε, ἄνθρωπος γενάμενος, δεινῶς καταδεδίκασμαι θεραπεύειν

τοὺς

Dom.II. Jejun.

τοὺς χοίρους, τῆς ἁμαρτίας τὰ ἔγγονα, φεῖσαί μου, Σωτὴρ, ἐλέησον.

Γονυπετοῦντά με, ὡς πρὶν τὸν Ἄσωτον, Δέσποτα Κύριε, σὺ προσδραμὼν δέξαι, καὶ ἐγκαλεσάμενος, παράσχου μοι τὰ σύμβολα τῆς ἐν σοὶ σωτηρίας ἀντὶ μισθίου, φιλάνθρωπε, πάλιν σου υἱὸν ἐργαζόμενος.

Θεοτοκίον.) Θεοφανείας διὰ σοῦ ἠξίωται, Θεοχαρίτωτε, ἡ τῶν βροτῶν φύσις, μόνη γὰρ μεσίτεια, Παρθένε, ἐχρημάτισας τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀνθρώπων. διὸ Θεοῦ σε γεννήτειραν πάντες ἐπαξίως δοξάζομεν.

ΩΔΗ γ'.

Οὐρανίων ἀψίδων.

Δεδοικώς μου τὰ ἔργα, καὶ τὴν μακρὰν ἄφιξιν, καὶ σκορπισθέντα μοι πλοῦτον, ὃν ἐδαπάνησα εἰς ἀσωτίας ὁρμὰς, ἐν μετανοίᾳ σοι κράζω τῷ Πατρὶ, καὶ Θεῷ, Ἥμαρτον, σῶσόν με.

Ἐπὶ γῆς ἁμαρτάνων, τὸν οὐρανὸν δέδοικα, οὗτος γάρ μοι ἔσται τῆς δίκης τότε κατήγορος, ὅτε τὰ σύμπαντά σοι παραστήσεται, Λόγε, τῇ δικαίᾳ κρίσει σου ὑπηρετούμενα.

Ζοφεροὺς, καὶ χοιρώδεις τοὺς λογισμοὺς ἔτρεφον, ὅτε σου μακρὰν ἐγενόμην, Σῶτερ, ὁ ἄσω-

boli, miſerè adjudicatus ſum; da veniam mihi, Salvator, miſericordiâ tuâ.

Genua flectentem, ut olim Prodigum, tu accurrens excipe me, Domine, atque advocans, ſalutis, quæ in te eſt, tribue mihi ſymbola, ex mercenario filium tuum rurſus efficiens, ò clemens.

Th.) Per te, ò Deo acceptiſſima, hominum natura Dei apparitione honorata eſt; ſola enim, ò Virgo, Dei, hominumque mediatrix effecta es; quare te Dei matrem, ut decet, glorificamus.

ODE III.

Cæleſtium fornicum.

Opera mea, ac diuturnam abſentiam pertimeſcens, ac bona tua flagitioſis libidinibus diſſipata, pœnitens clamo ad te Patrem, & Deum meum, Peccavi, ſalva me.

Delinquens ſuper terram, cœlum expavi, hoc enim criminis accuſator adversùs me aderit, cum omnia tibi, Verbum, adſtabunt, juſto judicio tuo miniſtrantia.

Tenebricoſas, & ſuillas cogitationes alui, cùm à te prodigus longiùs abſceſſi,

Sal-

Dom. II. Jejun.

Salvator; nunc antem ad te clamo, Peccavi tibi, peccavi, ſalva me ad miſericordiam tuam ardenti ſtudio confugientem.

τος. νυῦ δὲ κραυγάζω, Σοὶ ἥμαρτον, ἥμαρτον, σῶσον τὸν θερμῶς προσφεύγοντα τῇ εὐσπλαγχνίᾳ σου.

Th.) Adami maſſa in divinam abiit naturam, cùm è ventre tuo Deus immutabiliter prodiit; ò Virgo, & à veteri damnatione revocati ſumus, quos aſſequendæ Deitatis fiducia olim deceperat.

Θεοτοκίον.) Ἐθεώθη, Παρθένε, τὸ τοῦ Ἀδὰμ φύραμα, ὅτε ἐκ γαστρός σου ἀτρέπτως ὁ Θεὸς γέγονε, καὶ ἀνεκλήθημεν τῆς παλαιᾶς καταδίκης οἱ ψευσθέντες ἐλπίδι πάλαι θεώσεως.

Ode IV.

Tu virtus mea.

ΩΔΗ δʹ.

Σύ μου ἰσχύς.

Patriis mandatis, boniſque, quæ mihi tradideras, inaniter per luxuriam conſumptis, divinorum chariſmatum penuriâ circumventus ſum, miſer, quare me, Domine, pœnitentem, ac peccata confeſſum ne deſpicias.

Ἠθετικῶς τὰ πατρικά μου ἐντάλματα, καὶ τὸν πλοῦτον, ὃν μοι ἐχείρησας, ἐν ἡδοναῖς δεδαπανηκώς, γέγονα τῶν θείων χαρίτων πτωχὸς, ὁ ἄθλιος. διὸ μετανοοῦντα σὺν ἐξομολογήσει μὴ βδελλύξῃς με, Δέσποτα Κύριε.

Paupertatem meam, ut Deum decuit, amplexus, longè à te olim converſatum, totum tibimetipſi concilias; divinumque corpus tuum, ò clemens, lætitiæ meæ causâ mactas, deque reditu meo ipſemet lætaris, ò Verbum.

Θεοπρεπῶς ἀναλαβὼν τὴν πτωχίαν μου, τὸν μακράν σου πάλαι χρηματίσαντα, ἐν ἑαυτῷ ὅλον οἰκειοῖς, καὶ ἱερουργεῖς μοι πρὸς εὐφροσύνην, φιλάνθρωπε, τὸ θεῖον, σῶμά σου, τὴν ἀνάκλησιν, Λόγε, τὴν ἐμὴν, εὐφροσύνην ποιούμενος.

Ut à diuturno, & æterno ſupplicio liberemur, quod malis Spiritibus Deus præpa-

Ἵνα μακρᾶς, καὶ αἰωνίου κολάσεως λυτρωθῶμεν, ἥνπερ ἐτοιμάσατο τοῖς πονηροῖς πνεύμασι

σι Θεὸς, δάκρυσιν ἀπαύστοις τὰ τοῦ Ἀσώτου βοήσωμεν, Ἡμάρτομέν σοι, Πάτερ, ἀλλὰ πρόσδεξαι πάντας προσφεύγοντας ἡμᾶς τῷ ἐλέει σου.

Θεοτοκίον.) Ὁ σὺν Πατρὶ Λόγος ὑπάρχων, καὶ Πνεύματι, ἀπειράνδρου κόρης ἀποτίκτεται δίχα τροπῆς, μείνας μὲν ὃ ἦν, μείνας δὲ καὶ αὖθις ὃ ἐξ ἡμῶν προσελάβετο, ἐν φύσεσι δυσὶ γὰρ εἷς υἱὸς χρηματίζει, ἑκατέρας φυλάττων τὸ ἴδιον.

ΩΔΗ ε'.

Ἵνα τί με ἀπώσω.

Κατὰ περιουσίας, καὶ τῶν χαρισμάτων τῶν θείων ἐξύβρισα, καὶ εἰς χώραν ἦλθον ἀγαθῶν ζωηφόρων λιμώττουσαν. ἀλλὰ σύ με, Σῶτερ, ὡς ἀγαθὸς, τῆς πάλαι δόξης, καὶ τρυφῆς εὐσπλαγχνίᾳ σου ἔμπλησον.

Λογισμὸν τοῦ Ἀσώτου, οἱ ἐν ἀσωτίᾳ τὸν βίον ἀνύσαντες, ἐπανῃρημένοι, τῷ Πατρὶ τῷ εὐσπλάγχνῳ προσδράμωμεν ἀδιστάκτῳ γνώμῃ, καὶ συντετριμμένῃ καρδίας, ὅπως τῶν πταισμάτων τὴν ἄφεσιν λάβωμεν.

Μὴ βραδύνῃς, ψυχή μου, ἐπὶ τὴν μακρὰν ξενιτείαν ἐμμέ-

ravit, Prodigi verba, jugiter illacrymantes, inclamemus, Peccavimus tibi, Pater, verumtamen excipe nos omnes ad miſericordiam tuam confugientes. Dom. II. Jejun.

Th.) Cum Patre, ac Spiritu Verbum exiſtens, gignitur à puellâ viri neſciâ abſq; immutatione, manens quidem quod erat, itidemque, quod ex nobis aſſumpſit; in duabus enim naturis unus eſt Filius, utriuſque proprietates ſervans.

. Ode V.

Quare me repuliſti.

Affluentiam, & divina charifmata contumelioſè deſpexi, venique in regionem vivificorum bonorum indigam; at tu, Salvator meus, utpote bonus, propter clementiam tuam veteri gloriâ, atque deliciis me reple.

Patrimonio abligurito, Prodigi conſilium captantes, ad miſericordem Patrem accurramus mente firmâ, & contrito corde, ut peccatorum veniam accipiamus.

Ne cunčteris, anima mea, lõgâ peregrinatione detenta,

ſed

Dom.II. Jejun.

ſed citò ad Patrem, & Deum te corripe, quæ tibi opus ſunt, ſignificans, ut eorum, quæ malè, patrimonium luxurioſè abſumens, geſſiſti, veniam promerearis.

Th.) Agnoſcimus te, beatiſſima Virgo, ſplendidam nebulam, quæ hærentem in te juſtitiæ ſolem geſtas, falſorum Deorum ignorantiæ tenebras propulſantem, & divinæ notitiæ ſplendorem ſpargentem.

ODE VI.

Preces effundo ad Dominum.

Junior filius tuus, & facultatibus ex perditę vitæ peregrinatione malè conſumptis, bonorumque tuorum indigens, ad te, ò clemens, accedo Patrem, & Deum meum, veniam expoſcens:

Hoſpitio ab homine exceptus fui, paſcendiſque porcis damnatus, utpote qui facultates, benignitate tuâ mihi conceſſas, decoxerim, omnibuſque ſpoliatus ſum; at tu Deus miſerere mei.

Miſericors, & clemens Deus, qui me nudum è pulvere plaſmaſti, ac patriâ ſtolâ decoraſti, mei ad te re-

νουσα, ἀλλὰ δράμε τάχος τῷ Πατρὶ, καὶ Θεῷ ἐξαγγέλλουσα, ἵνα λάβῃς λύσιν, ὧνπερ κακῶς ἐπολιτεύσω, ἀσωτίᾳ τὸν βίον ἀνύουσα.

Τριαδικόν.) Φωτεινήν σε νεφέλην φέρουσαν τὸν ἥλιον, σοὶ ἐποχούμενον, τῆς δικαιοσύνης, παναγία Παρθένε, γινώσκομεν, ἀγνωσίας σκότος εἰδωλικῆς ἀπομειοῦντα, καὶ τὴν γνῶσιν τὴν θείαν φωτίζοντα.

ΩΔΗ ϛʹ.

Τὴν δέησιν ἐκχέω πρὸς Κύριον.

Νεώτερος υἱός σου γενόμενος, καὶ τὸν πλοῦτον κακῶς δαπανήσας τῷ μακρυσμῷ τῆς κακῆς πολιτείας, καὶ ἀγαθῶν σου λιμώττων, φιλάνθρωπε, προσέρχομαί σοι τῷ Πατρὶ, καὶ Θεῷ μου, αἰτῶν τὴν συγχώρησιν.

Ξενίας ἀπ' ἀνθρώπου ἐπέτυχον καὶ τοῦ βόσκειν χοίρους κατεδικάσθην, ὡς τὸν ἐμὸν διασκορπίσας πλοῦτον, ὅν μοι εὐσπλάγχνῳ ῥοπῇ σου δένειμας, καὶ γέγονα πάντων γυμνός. ἀλλὰ σὺ ὁ Θεός με ἐλέησον.

Ὁ εὔσπλαγχνος, καὶ φιλάνθρωπος Θεὸς, ὁ γυμνόν με ἐκ χοὸς διαπλάσας, καὶ πατρικῇ τῇ στολῇ με τιμήσας, ἐπιστρε-

φεό-

Dom. II. Jejun.

φεύτα δὶ ἄφατον ἔλεος οἰκτείρησας, ὡς συμπαθὴς, καὶ ὡς δόξης ὑιόν σου τετίμηκας.

Θεοτοκίον.) Ἀνέκφρασος ὁ τόκος, καὶ ἄῤῥητος τῆς λοχείας σου, Παρθένε, ὁ τρόπος, ὅτι Θεὸν ὑπὲρ ἔννοιαν τίκτεις, τὴν παρθενίαν ἀμίαντον ἔχουσα. διό σε πάντες ἀληθῆ Θεοτόκον ἀξίως δοξάζομεν.

Κοντάκιον, ἦχος γ'.

Πρὸς, Ἡ Παρθένος σήμερον.

Τῆς πατρῴας δόξης σου ἀποσκιρτήσας ἀφρόνως, ἐν κακοῖς ἐσκόρπισα, ὅν μοι παρέδωκας, πλοῦτον. ὅθεν σοι τὴν τοῦ Ἀσώτου, φωνὴν προσφέρω, Ἥμαρτον ἐνώπιόν σου, Πάτερ οἰκτίρμων, δέξαι με μετανοοῦντα, καὶ ποίησόν με, ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.

Οἶκος.

Τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, καθ' ἑκάστην διδάσκοντος δὶ οἰκείας φωνῆς τῶν Γραφῶν, ἀκουσώμεθα περὶ τοῦ Ἀσώτου, καὶ σώφρονος πάλιν, καὶ τούτου πίστει ἐκμιμησώμεθα τὴν καλὴν μετάνοιαν, τῷ κατιδόντι πάντα τὰ κρύφια μετὰ ταπεινῆς καρδίας κράξωμεν, Ἡμάρτομέν σοι, Πάτερ οἰκτίρμων, καὶ οὐκ

deuntis per ineffabilem pietatem commiſeratus es, utpote benignus, atque ut illuſtrem filium tuum honoraſti.

Th.) Inexplicabilis partus, & ineffabilis, ò Virgo, puerperii tui modus! Deum ſiquidem ſupra mentis captum gignis, intactam ſervans virginitatem; propterea te omnes veram Deiparam, quo decet honore, proſequimur.

CONTACIUM, *ton.* 3.

Ad mod. Virgo hodie.

A patriâ gloriâ tuâ ſtolidè egreſſus, bona, quæ mihi tradidiſti, improbè diſſipavi, quare Prodigi vocem tibi inſono, Peccavi coram te, Pater miſericors, excipe me pœnitentem, & velut unum de mercenariis tuis effice.

OEcus.

Salvatorem noſtrum, qui propriâ voce per ſingulas Scripturas nos inſtruit, loquentem de Prodigo, & ad bonam frugem redeunte audiamus, illiuſque illuſtrem pœnitentiam per fidem æmulemur; ad eum, qui abſcondita omnia introſpicit, humili

Dom.II. Jejun.

mili corde clamemus, Peccavimus tibi, Pater miſericors, nec digni ſumus ampliùs filii, ut antea, vocari; verumtamen, utpote naturâ bonus, tu me ſuſcipe, & velut ex mercenariis tuis unum effice.

Ode VII.

Qui ex Iudæâ.

Non audeo nuncupari filius tuus, Pater miſericors, tamquam unus mercenariorum tuorum fieri obſecro, ne me deſpicias clamantem, Benedictus es Deus Patrum noſtrorum.

Vitâ uſque modò in ſordibus exactâ, & prioris nobilitatis factâ jacturâ, contendamus ad ſolum & Patrem, & Deum noſtrum cum fervidâ pœnitentiâ, ut ſalutem conſequamur.

Auſterus Dominus, cui ſerviendo miſerè adjudicatus ſum; dira autem, & acerba fames, quâ laboravi, porcos curans, attamen converſus obſecro, Salvator, miſerere mei.

Th) Emortuam animam rurſus vivificaſti, quæ ſola vitam concepiſti, Deipara Virgo; quare Fideles te ſalu-

ἐσμὲν ἄξιοι ποτὲ, κληθῆναι τέκνα, ὡς πρίν. ἀλλ᾽, ὡς φύσει ὑπάρχων φιλάνθρωπος, σὺ προσδέχου, καὶ ποίησόν με, ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου.

ΩΔΗ ζʹ.

Οἱ ἐκ τῆς Ἰουδαίας.

Παῤῥησίαν οὐκ ἔχω τοῦ κληθῆναι υἱός σου, Πάτερ φιλάνθρωπε, ὡς εἷς σου τῶν μισθίων γίνεσθαι ἱκετεύω, μὴ βδελύξῃ με κράζοντα, ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ῥυπωθέντες τῇ πρώτῃ πολιτείᾳ τὸν βίον, καὶ ἀπολέσαντες εὐγένειαν τὴν πρώτην, προσδράμωμεν τῷ μόνῳ καὶ Πατρὶ, καὶ Θεῷ ἡμῶν, ἐν μετανοίᾳ θερμῇ λαβεῖν τὴν σωτηρίαν.

Σοβαρὸς ὁ πολίτης, ᾧ δουλεύειν ἀθλίως καταδεδίκασμαι, λιμὸς δὲ, ὃν ὑπέστην, τοὺς χοίρους θεραπεύων, ἰσχυρὸς, καὶ ἀμείλικτος, ἀλλ᾽ ἐπιστρέψας αὐτῷ, Σῶτερ, ἐλέησόν με.

Θεοτοκίον.) Νεκρωθεῖσαν τὴν ψυχὴν ἀνεζώωσας, μόνη ζωὴν κυήσασα, Παρθένε Θεοτόκε. διὸ σε σωτηρίαν οἱ Πιστοὶ ἐπι-

στά

Dom. II. Jejun.

ςάμενοι, βοῶμεν, ὁ τῶν Πατέρων ἡμῶν Θεὸς εὐλογητὸς εἶ.

Ω Δ Η ή.

Ἑπταπλασίως.

Τῆς ἀμετρήτου, Δέσποτα, καὶ πολλῆς εὐσπλαγχνίας σου οἴδαμεν τὸν πλοῦτον οἱ εἰς σὲ πιστεύσαντες. διό σοι προσπίπτομεν σὺν τῷ Ἀσώτῳ πάντες θερμῶς. δέξαι ἁμαρτήσαντας, καὶ σοὶ προσφυγόντας. οὐκ ἔστι γὰρ οὐκ ἔστιν ἁμαρτία, οἰκτίρμων, τὴν σὴν φιλανθρωπίαν νικῆσαι δυναμένη.

Ὑπὲρ ἐλέους, Δέσποτα, σεαυτὸν ἐταπείνωσας, καὶ τοῖς πεπτωκόσι σου υἱοῖς ὡμίλησας, αὐτὸς γὰρ, φιλάνθρωπε, προσυπαντᾷς τοῖς πταίουσι, καὶ καταφιλεῖς, καὶ σωτηρίαν χαρίζῃ, κἂν τίς καταονειδήσῃ, συμπαθὴς οὐκ ὀργίζῃ, ὡς μόνος ἐν ἐλέει ἀμέτρητος ὑπάρχων.

Φοβερωτέρα κρίσις μοι ἀπαντήσει, ὦ Δέσποτα, ὅτι σε φιλάνθρωπον, καὶ ἀνεξίκακον ὁρῶν, οὐ προστρέχω σοι, τὴν τοῦ Ἀσώτου κράζων φωνὴν. ἀλλ' ἐν ἀμελείᾳ τὴν ζωὴν κατατρίβω, σὺ ἵλεως γενοῦ μοι, καὶ τῆς δίκης ἐκείνης ἐξάρπασον, οἰκτίρ-

tem noſtrã agnoſcentes, clamamus, Benedictus es Deus Patrum noſtrorum.

Ode VIII.

Septies.

Immenſæ, Domine, ac multæ miſericordiæ tuæ novimus divitias, fiduciam in te collocantes; ideo ante te omnes pio ardore unà cum Prodigo procidimus, pœnitentes, & ad te confugientes ſuſcipe, nullum enim, nullum adeſt peccatum, quod benignitatem tuam, ò clemens, ſuperare valeat.

Humiliaſti te ipſum, Domine, ob immenſam miſericordiam, & cum lapſis filiis tuis converſatus es; ipſe enim, miſericors, occurris cadentibus, & deoſcularis, ac ſalutem largiris, & ſi quis exprobraverit, pius non iraſceris, cui ſoli infinita ineſt miſericordia.

Horribilius mihi occurret judicium, Domine, ſi te benignum, & ad mala amolienda propenſum intuitus, ad te minimè propero, Prodigi vocem inclamans, ſed ſocordiæ deditam vitam ago; eſto tu mihi pro-

Dom.II. Jejun.

pitius, atque ex dirâ illâ ſententiâ eripe, miſericors, propter pœnitentiam.

μων, διὰ τῆς μετανοίας.

Tr.) Non tres Deos, ſed unam Deitatem glorificamus, tres autem hypoſtaſes verè adoramus, Patrem ingenitum, & genitum ex Patre Filium, atque Spiritum ſanctum ex Patre procedentem, Deus unus hi tres, licet cuique Dei nomen ſingillatim conveniat; per fidem glorificatum.

Τριαδικόν.) Οὐ τρεῖς Θεοὺς δοξάζομεν ἀλλὰ μίαν Θεότητα, τρεῖς δὲ ἀληθῶς τὰς ὑποστάσεις σέβομεν Πατέρα ἀγέννητον καὶ γεννητὸν Υἱὸν ἐκ Πατρὸς, καὶ ἐκπορευτὸν Πατρὸς τὸ ἅγιον Πνεῦμα. Θεὸν ἕνα τὰ τρία, κἂν ἡ κλῆσις ἑκάστῳ καθὲν Θεὸς ὑπάρχει πιστῶς δοξαζομένη.

Th.) Me, immaculatiſſima, pluribus tentationibus concuſſum, atq; tribulationis fluctibus jam demerſum, interceſſione tuâ libera, utpote portus ſalutaris, ò labis omnis expers, ereptumque ex omnibus ſerva, quò te, ceu efficacem ſervatricem glorificem in omnia ſæcula, Dei genitrix.

Θεοτοκίον.) Ὑπὸ πολλῶν, πανάμωμε, πειρασμῶν με κλονούμενον, θλίψεώς τε κύμασι νῦν βαπτιζόμενον, λιμὴν ὡς σωτήριος, τῇ σῇ πρεσβείᾳ, πάναγνε, ῥῦσαι, καὶ ἐκ πάντων ἐξαρπάσασα σῶσον, ἵνα σε ἐπαξίως, ὡς θερμὴν σωτηρίαν δοξάζω, Θεοτόκε, εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας.

ODE IX.

Cælum ſuper hoc exilit.

Qui propter me vitulum tuum mactaſti, reple nunc gaudio, atque hilaritate tibi adhærentes divinas animas; perditum excipe me, & emortuum ad vitam revoca, atq; incorruptione, ceu divinâ ſalutis ſtolâ, me circumda

ΩΔΗ Θ'.

Ἔξεστι ἐπὶ τούτῳ ὁ οὐρανός.

Χαρᾶς, καὶ εὐφροσύνης, δι' ἐμὲ τεθυκός σου τὸν μόσχον, ἀνάπλησον τὰς παρὰ σοὶ ἐμπαραμενούσας θείας ψυχὰς, ἀπολωλότα δέξαι με, καὶ νενεκρωμένον πρὸς τὴν ζωὴν ἀνάγαγε, καὶ θείᾳ στολῇ τῆς σωτηρίας ἐν ἀφθαρσίᾳ με ἀμφίασον.

Dom. II. Jejun.

Ψυχαὶ μεμακρυμέναι ἀπὸ Θεοῦ, καὶ τῶν θείων χαρίτων στερούμεναι, δεῦτε, θερμῶς καὶ τὴν τοῦ Ἀσώτου ἐπιστροφὴν ἀναλαβοῦσαι κράξωμεν, Πάτερ ἀγαθὲ ὁ ἐν οὐρανοῖς, ἡμάρτομέν σοι πάντες, ἱλάσθητι, καὶ σῶσον τοὺς προσφυγόντας τῷ ἐλέει σου.

Animæ à Deo exules, & divinis gratiis expoliatæ, adeſte, & Prodigi converſionem æmulantes clamemus, Pater bone, qui es in cœlis, peccavimus tibi omnes, propitius eſto, & ſalva eos; qui ad miſericordiam tuam confugiunt.

Ὡς ἔχων εὐσπλαγχνίας πλῆθος πολὺ, μὴ βδελύξῃ με, Κύριε Κύριε, τὸν ἐν πολλαῖς τὴν περιουσίαν μου ἡδοναῖς δεδαπανηκότα, ἤδη γὰρ κράζω τοῦ Ἀσώτου σοι τὴν φωνὴν, Ἡμάρτηκά σοι, Πάτερ; ἱλάσθητι, καὶ σῶσον τὸν προσφυγόντα τῷ ἐλέει σου.

Qui magnam habes miſericordiæ multitudinem, ne deſpicias me, Domine, Domine, qui pluribus voluptatibus bona mea abligurivi; ecce enim Prodigi vocem tibi inclamo, Peccavi tibi, Pater, propitius eſto, & confugientem ad miſericordiam tuam ſalva.

Θεοτοκίον.) Σωτήριον λιμένα, καὶ ὁδηγὸν, καὶ προστάτην σε ἔχων ὁ δοῦλός σου, τῶν δυσχερῶν πάντων προσκομμάτων, καὶ πειρασμῶν ταῖς πρὸς Θεὸν πρεσβείαις σου, Δέσποινα, ῥυσθείην, ὡς ἐπὶ σοὶ τὴν πᾶσάν μου ἐλπίδα ἀνατιθεὶς ἐκ πόθου, ἵνα ἐν πίστει μεγαλύνω σε.

Th.) Servus tuus, Domina, te ſalutarem portum, ducem, ac defenſorem habens, à noxiis omnibus offendiculis liberer, atque tentationibus, tuis ad Deum precibus, utpote qui fiduciam omnem meam piè in te collocavi, ut per fidem te magnificem.

FERIA II. HEBDOMADÆ III. IEJUNIORUM.

CATHISMA, *ton. obl.* 4.
Ad mod. Mandatum,

Temperantiæ igne aridos affectionum tumores univerſi incendamus, atque lacrymarum rivis opprimamus modò flammam illam inextinctam, clamantes ad eum, qui omnem iudicaturus eſt terram, Salvator, clemens Domine, è damnatione nos exime, peccatorum veniam nobis impertitus.

Simile.

Sancta, & veneranda Trinitas, præſta, ut ij, qui tertiæ hebdomadæ jejunium peragunt, ſoſpites, & damnationis expertes permaneant, utque, quod ſupereſt, ſpatium proſperè expediant, & præcepta tua univerſa adimpleant; quò declinatâ damnatione ad cernendam glorioſam reſurrectionem tuam perveniamus, hymnos, & laudes afferentes.

ΤΗ Β ΤΗΣ Γ ΕΒΔΟΜΑΔΟΣ ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

Κάθισμα, Ἦχος πλάγιος δ′
Πρὸς, Τὸ προσταχθὲν.

Τῆς ἐγκρατείας τῷ πυρὶ φλέξωμεν πάντες τὰς φρυγανώδεις τῶν παθῶν ἐπαναστάσεις, καὶ τὴν φλόγα ἐκείνην τὴν μὴ σβεννυμένην δακρύων νῦν κατασβέσωμεν ὀχετοῖς, βοῶντες τῷ κρῖναι μέλλοντι πᾶσαν τὴν γῆν Σῶτερ εὔσπλαγχνε, Κύριε, ἀκατακρίτως ἡμᾶς συντήρησον, διδοὺς ἡμῖν τῶν πταισμάτων τὴν συγχώρησιν.

Ὅμοιον.

Τριὰς ἁγία, καὶ σεπτὴ τοὺς τὴν νηστείαν ἐν ἑβδομάσι τρισὶ διανύοντας διαφύλαξον σώους, καὶ ἀκατακρίτους, ἀξίως διαδραμῆσαι πρὸς τὸ ἑξῆς, καὶ πάσας τὰς ἐντολάς σου διατελεῖν, ἵνα οὕτω προφθάσωμεν ἀκατακρίτως ἰδεῖν τὴν ἔνδοξον ἀνάστασιν, ὕμνον, αἶνον προσάγοντες.

Στι-

Fer. II. Heb. III. Jejun.

Στιχηρὰ, ἦχος πλάγιος δ΄.
Πρὸς, Ἀμέτρητος ὑπάρχει.

Ἀμέτρητά σοι πταίσας, ἀμετρήτως κολάσεις ἐκδέχομαι, βρυγμὸν ὀδόντων, καὶ κλαυθμὸν ἀπαράκλητον, γέενναν πυρὸς, καὶ σκότος, καὶ τάρταρον, κριτὰ δικαιότατε. δάκρυα οὖν μοι δώρησαι, δι᾽ ὧν εὕρω τὴν ἄφεσιν, καὶ κακῶν μου τὴν λύσιν, νηστεύων, καὶ κράζων σοι, Δέσποτα Χριστὲ, οἰκτείρησόν με διὰ μέγα, καὶ πλούσιον ἔλεος.

Sticнira, *ton. obl.* 4.
Ad mod. Immenſa exiſtit.

Cùm immensùm tibi peccaverim, immenſa me manent ſupplicia, ſtridor dentium, gemitus inconſolabilis, geenna ignis, & tenebræ, & tartarus, ò juſtiſſime judex; largire itaque mihi lacrymas, per quas veniam nanciſcar, meiſque criminibus ſolvar, jejunans, & clamans ad te, Domine, Domine, miſerere mei propter magnam, & locupletem miſerisordiam.

Ὅμοιον.

Ἐμὲ τὸν πλανηθέντα ἐπὶ ὄρη δεινῶν παραβάσεων ζήτησον, Λόγε, καὶ πρὸς σὲ ἀνακάλεσαι, ἤθη πονηρὰ ἐκ τῆς διανοίας μου μακρὰν ἀπωθούμενος, θνήξαντα πάλιν ζώωσον, καὶ νηστείᾳ καθάρισον, ἐν κλαυθμῷ διηνεκεῖ βοῶντα, καὶ λέγοντα, Δέσποτα Χριστὲ, οἰκτείρησόν με διὰ μέγα, καὶ πλούσιον ἔλεος.

Simile.

Me nefariorum criminum montibus vagatum, perquire, ò Verbum, atque ad te revoca, pravos mores è mente meâ longiùs ſubmovens, emortuum vitæ rurſus redde, & jejunio purifica, qui cum aſſiduo gemitu clamo, ac dico, Domine Chriſte, miſerere mei propter magnam, & locupletē miſericordiam.

Ἄλλον, ὁ αὐτὸς ἦχος.
Πρός, Τὴν ἔνδοξον, καὶ ἄχραντον.

Νηστείας ἐναρξάμενοι ἑβδομάδος τῆς τρίτης, τὴν Τριάδα σεπτὴν εὐφημήσωμεν, οἱ Πιστοὶ, τὸ ἑξῆς περιχαρῶς διανύοντες, τῆς σαρκὸς

Aliud, ton. id. Ad mod. Glorioſam, & Immaculatam.

Tertiam jejunii hebdomadam auſpicati, Triadem venerandam celebremus, Fideles, reliquum læti peragen-

Fer. II. Heb. III Jejun.

agentes, carnis autem vitioſos affectus compeſcentes, divinos ex animâ noſtrâ flores decerpamus, paſchalis diei coronas nectentes, ut ijs redimiti Chriſto, ceu victori omnes occurramus.

Sᴛɪᴄʜɪʀᴀ *Hagiopolitica*.

Mane, *ton.* 4.

Fœdis peccatorum meorum ſordibus obvolutus fui, atque è nuptialis thalami gaudio eliminatus, miſerere mei, ceu filii prodigi, ineffabili clementiâ tuâ, Deus, miſerere mei.

Veſpere, *ton.* 2.

Bone Pater, omnibus, quæ mihi tradidiſti, vecordia me expoliavit, longiùs a te diſceſſi, & extero civi famulatum impendi, miſera animantia pavi, & ipſorum cibo minimè ſaturabar, quare ad te cucurri, clementiam tuam noſcens, operi benignitate tuâ nuditatem meam, atque me ſalva.

TRIODIUM. *ton. obl.* 4.

Oᴅᴇ I.

Canticum expromamus.

Miſeratione, utpote Deus, commotus, excipe me pœnitentem, qui patrimonium

δὲ τὰ πάθη ἀπομαράναντες, ἐκ ψυχῆς ἡμῶν ἄνθη θεῖα δρεψώμεθα, στεφάνους πλεξάμενοι τῆς κυρίας τῶν ἡμερῶν, ἵνα πάντες τῷ Χριστῷ, ὡς νικητῇ, στεφανηφοροῦντες ὑπαντήσωμεν.

Στιχηρὰ Ἁγιοπολιτικὰ,

Πρωῒ, ἦχος δʹ.

Τὸν χαλεπὸν τῶν πταισμάτων μου ῥύπον ἐνδέδυμαι καὶ τῆς χαρᾶς τοῦ νυμφῶνος ἐκβέβλημαι, οἰκτειρόν με τῇ ἀφάτῳ σου εὐσπλαγχνίᾳ, ὡς τὸν Ἄσωτον παῖδα, ὁ Θεὸς, καὶ ἐλέησόν με.

Ἑσπέρας, ἦχος βʹ.

Πάτερ ἀγαθὲ, πάντων, ὧν μοι δέδωκας, ἐγύμνωσέ με ἡ ἀφροσύνη, ἐμακρύνθην ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐδούλευσα ξένῳ πολίτῃ, ζῶα μοχθηρὰ ἐβόσκησα, καὶ τῆς αὐτῶν τροφῆς οὐκ ἐνεμπλησκόμην. διὸ ἔδραμον πρὸς σὲ, γινώσκων σου τὴν εὐσπλαγχνίαν, σκέπασόν μου τὴν γύμνωσιν τῇ φιλανθρωπίᾳ σου, καὶ σῶσόν με.

ΤΡΙΩΔΙΟΝ, ἦχος πλ. δʹ.

Ω Δ Η αʹ.

Ἆσμα ἀναπέμψωμεν.

Ἔχων, ὡς Θεὸς, τὸ συμπαθὲς, μετανοοῦντα δέξαι με, τὸν δαπανήσαντα τὸν βίον μου ἀσώτως

τως, βοῶ σοι τὸ Ἥμαρτον, κατηγόρων οὐ χρήζω, τὴν αἰσχύνην τῶν ἔργων προσφέρων.

Βρῶσιν λελοιπὼς Ἀγγελικὴν, παρωμοιώθην κτήνεσιν, ἐν τῷ σιτίζεσθαι τὴν μοχθηρὰν κακίαν. ἀλλ' οὖν ἐπιστρέφοντα δέξαι με, ὥσπερ ἕνα τῶν μισθίων, οὐράνιε Πάτερ.

Νύκτα ἡδονῶν τὴν ἐκ τρυφῆς προσγινομένην, ἅπαντες Πιστοὶ, ἀφέμενοι, φωτὶ τῆς ἀληθείας σπουδαίως προσέλθωμεν, ἵνα τῆς φωτοφόρου εὐωχίας καταξιωθῶμεν.

Θεοτοκίον.) Χαίροις ὁ πανάγιος ναὸς, ὁ πόκος ὁ θεόδροσος, ἐσφραγισμένη πηγὴ τοῦ ἀθανάτου ῥείθρου, τὴν ποίμνην σου, Δέσποινα, φύλαττε ἐκ παντοίων πολεμίων ἀπολιορκήτως.

ΕΙΡΜΟΣ ἄλλος, Ὁ αὐτὸς ἦχος.

Ἄσωμεν ᾠδὴν.

Νῦν ἐν ἑβδομάσι τρισὶν, ὡς πάλαι τριήμερος ὁ Ἰσραὴλ, ἁγνισθέντες, ἀδελφοὶ, ὄρει εὐχῶν φθάσωμεν, καὶ ἐκεῖθεν θείων φωνῶν ἀκούσαντες Κύριον ὑμνήσωμεν.

Ὥσπερ Σαμψὼν, νηστείᾳ δυναμωθέντες, δεῦτε, ὡς ἄλλον θῆρα πατάξωμεν, λαοὶ, τὸν τῆς

meum luxurioſè abſumpſi, clamo ad te, Peccavi, accuſatoribus haud egeo, fœda opera præferens. Fer. II. Heb. III Jejun.

Angelicâ eſcâ neglectâ par brutis evaſi, quòd ærumnoſæ nequitiæ cibo veſcerer; at redeuntem excipe me, ceu unum mercenariorum tuorum, ò Pater cœleſtis.

Tenebras voluptatum, ex deliciis obortas, Fideles omnes, abigentes, ad veritatis lumen contendamus, ut ſplendido convivio digni efficiamur.

Th.) Ave beatiſſimum templum, vellus divino rore imbutum, fons ſignatus perennis fluenti, gregem tuum, Domina, ab omnigenorum hoſtium impetu tuere.

HIRMUS *alius, ton. id.*

Cantemus canticum.

Nunc per tres hebdomadas, ut olim Iſrael per tres dies, purificati, ò Fratres, ad precationum montem accedamus, diviniſque vocibus inde auditis Dominum concelebremus.

Quemadmodum Sampſon jejunio corroborati, huc agite, ò populi, ventris Dæmonem,

Fer. II. Heb. III. Jejun.

nem, ceu aliam feram, illidamus, neque nos pravorum affectuum Dalida ludificetur, ſuâ fraude deceptos.

Quemadmodum David fide, nos quoque humilitate armati, mentis arrogantiâ, ceu alio Goliathe, humi proſtratâ, affectionum quoque myriadas cædamus.

Sanctus tu, qui abſtinentiæ tempus pretium peccatorum tradidiſti; hoc igitur preces meas excipe, Deus, excipe fletus meos, illumina, emunda, & ſalva me, ò bone.

Tr.) Cherubim voce, Tres cano te, Deitas ſancta, lumina, & lumen, vitam, & vitas, Deum, qui genuit, Deum, qui genitus fuit, & Deum, qui ex Patre proceſſit, Spiritum viventem.

Th.) Salve Evæ lætitia, illius ſiquidem mæror per partum tuum quievit, ò pura, ſalve lucis nunquam occiduæ lucida nebula, ex quâ ortus eſt Chriſtus Deus.

ODE VIII.

Diviniloqui.

Patriis bonis abliguritis inter meretrices, è gratiæ veſtibulis expulſus fui; ve-

γαστρὸς Δαίμονα, καὶ οὐ μὴ γελάσῃ ἡ Δαλιδὰς τῶν παθῶν, ἐξαπατῶσα ἡμᾶς.

Πίστει ὡς Δαβὶδ, καὶ ἡμεῖς τῇ ταπεινοφροσύνῃ καθοπλισθέντες, ὡς ἄλλον Γολιὰθ, τὸν ὑπερύφανον νοῦν καταβεβληκότες, συνδιακόψωμεν καὶ μυριάδας τῶν παθῶν.

Ἅγιος, ὁ δοὺς τὸν καιρὸν τῆς ἐγκρατείας, λύτρον ἁμαρτιῶν, ἀλλ' ἐν τούτῳ ὁ Θεὸς δέξαι μου τὴν δέησιν, δέξαι τὸν κλαυθμόν μου, φώτισον, κάθαρον, καὶ σῶσόν με, ἀγαθέ.

Τριαδικόν.) Τρία μέλπω χερουβικῶς, ἁγία σοι Θεότης, φῶτα, καὶ φῶς, καὶ ζωήν τε, καὶ ζωάς, Θεὸν τὸν γεννήσαντα, Θεὸν τὸν γεννηθέντα, Θεὸν καὶ τὸ ἐκ Πατρὸς ἐκπορευθὲν Πνεῦμα τὸ ζῶν.

Θεοτοκίον.) Χαῖρε τῆς Εὔας χαρὰ, ἡ γὰρ ἐκείνης λύπη διὰ τοῦ τόκου σου πέπαυται, ἁγνή. χαῖρε ἀδύτου φωτὸς φωτεινὴ νεφέλη, ἐξ ἧς ἀνέτειλε Χριστὸς ὁ Θεός.

ΩΔΗ η'.

Οἱ θεορρήμονες.

Ἐκδαπανήσας οὐσίαν τὴν πατρῴαν μετὰ πορνῶν, ἐξεβλήθην τῶν προαυλίων τῆς χάριτος. ἀλλὰ δέ-

Fet. II. Heb.III. Jejun.

δέξαι με, Πάτερ· δι' ἄμετρον ἔλεος.

Ἐν φαιδροτάτῃ νηστείᾳ φωταυγείᾳ τῶν προσευχῶν λαμπρυνθέντες, φωτοειδεῖς χρηματίσωμεν, ὅπως τῆς ἁμαρτίας τὸ σκότος ἐκφύγωμεν.

Ἐκδυσωπεῖ σε χορὸς τῶν Ἀσωμάτων, τὰ Χερουβὶμ ἱκετεύει, καὶ τῶν Ἁγίων τὰ τάγματα, τὰς ψυχὰς ἡμῶν σῶσον, Χριστὲ πολυέλεε.

Θεοτοκίον.) Τὸν ἀγεώργητον βότρυν συλλαβοῦσα, ἐσκοτισμένον με μέθῃ τῆς ἁμαρτίας σωφρόνισον, Θεοτόκε Παρθένε, ἐλπὶς τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

ΕΙΡΜΟΣ ἄλλος.

Ὁ στεγάζων ἐν ὕδασι.

Τὸ πατρῷον κειμήλιον, τὸ χρῆμα τὸ θαυμαστὸν, τὴν μητέρα πάντων τῶν λατρευσάντων τῷ Δεσπότῃ Χριστῷ, δεῦτε, τρυφήσωμεν, ἀδελφοὶ, τὴν νηστείαν, καὶ γὰρ αὕτη ῥώννυσι τὸ σῶμα, καὶ καταφωτίζει τὸν νοῦν, καὶ τὴν καρδίαν.

Γεδεὼν τὸν θαυμάσιον ἐκμιμουμένη, ψυχὴ, ἀρετὰς φέρουσα, πίστιν, ἐλπίδα, καὶ ἀγάπην Χριστοῦ, ἔξελθε, κτείνουσα τὰ

rumtamen excipe me, Pater, ſecundùm immenſam miſericordiam.

Splendidiſſimi jejunii tempore precationum lumine exornati, rutilemus, ut peccati tenebras effugiamus.

Te Angelorum chorus deprecatur, Cherubim, & Sanctorum ordines exorant, ſalva animas noſtras, Chriſte multùm miſericors.

Th.) Quæ botrum abſque cultu concepiſti, peccati temulentiâ excoceatum me ad ſanam mentem revoca, Deipara Virgo, ſpes animarum noſtrarum.

HIRMUS *alius.*

Qui continet in aquis.

Huc agite, ò fratres, jejunium, avitum theſaurum, magnum quid, & admirandum, omnium, qui Chriſtum Dominum coluerunt, parentem, lætitiâ exſultantes celebremus, hoc etenim corpus corroborat, mentemque, & cor illuſtrat.

Mirabilem Gedeonem imitata, ò anima, virtutibus inſtructa, fide, ſpe, & charitate erga Chriſtum, egredere

 ad

Fer. II. Heb. III. Jejun.

ad alienigenas affectiones perimendas, quemadmodum ille cum tercentis, Madianitarum gentem profligavit.

ἀλλόφυλα πάθη, ὡς ἐκεῖνος, σὺν τριακοσίοις τὸ Μαδιαναῖον ἔθνος ἀνακαθαίρων.

Cùm veneris univerſam terram iudicaturus in gloriâ tuâ, infinitis Virtutum choris ſtipatus, tunc ignoſcas mihi, Domine, dimittas, & liberes à damnatione, ne me confundas, ne me ſempiternis flammis addicas.

Ὅταν ἔλθῃς ἐν δόξῃ σου, τοῦ κρῖναι πᾶσαν τὴν γῆν, σὺν ταῖς χιλιάσι, καὶ μυριάσι τῶν Δυνάμεων, τότε μου, Κύριε, φεῖσαι, ἄνες, καὶ ῥῦσαι καταδίκης, μή με καταισχυνῄς, μή με κατακρίνῃς πυρὶ τῷ αἰωνίῳ.

Tr.) Et Triadem glorifico te, atque, ut unitatem, te celebro, Divinitas una, Pater omnipotens, & monarcha Fili, Spiritus ſancte, potentiſſimumque imperium, una natura, una poteſtas, in tribus autem proprietatibus adorata.

Τριαδικόν.) Καὶ Τριάδα δοξάζω σε, καὶ ὡς μονάδα ὑμνῶ σὲ, Θεότης μία, Πάτερ παντοκράτορ, καὶ μονάρχα Υἱὲ, Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ πανδέσποτον κράτος, μία φύσις, μία βασιλεία, ἐν δὲ χαρακτῆρσι τρισὶ προσκυνουμένη.

Th.) Dolores, quibus ſuper naturæ vires mater tua pariens minimè obnoxia fuit, in pretioſâ paſſione tuâ perſenſit, doluit ſiquidem, te voluntariè in cruce confixum à Iudæis aſpiciens, qui ſuper aquam fundamenta terræ conſtituis.

Θεοτοκίον.) Ἃς ἐν τόκῳ διέφυγεν ὠδῖνας ὑπερφυῶς, ἐν τῷ σῷ τιμίῳ πάθει ἐπέγνω ἡ τεκοῦσά σε, ἤλγει γὰρ βλέπουσα, ἐν σταυρῷ σε παγέντα ἑκουσίως ὑπὸ Ἰουδαίων, τὸν ἐπὶ ὑδάτων τὴν γῆν θεμελιοῦντα.

Ode IX.

Præmonſtratum in monte.

Longiùs, Pater, à caritate tuâ profectũ, & ultroneis vo-

ΩΔΗ θ'.

Τὸν προδηλωθέντα ἐν ὄρει.

Τὸν ἀπὸ τῆς σῆς μακρυνθέντα, Πάτερ, ἀγάπης, καὶ ἐθελουσίοις

Digitized by Google

Fer. II. Hebd. III Jejun.

σίοις ὁρμαῖς ἡδονῶν δȣλωθέντα, ἐπιστρέψαντα, ὡς τὸν Ἄσωτον, δέξαι, μόνος γὰρ ὑπάρχεις πολυέλεος.

luptatum affectibus famulatum ſuſcipe me redeuntem ut Prodigum, ſolus enim miſericordiâ excellis.

Ἄκαρπος ἐδείχθην συκὴ, μόνην τὴν κακίαν γεωργῶν ὁ ἄθλιος, τὸ πῦρ μοι προξενȣ̃σαν. σὺ οὖν, Κύριε, καρποφόρον με δεῖξον, πράξεις ἀγαθὰς καρποφορȣ̃ντά σοι.

Sterilis ficus apparui, miſer, nequitiæ tantùm excolendæ, quæ mihi ignem accerſit, intentus; tu itaque, Domine, fructiferum me reddas, bonorum operum fructus tibi facientem.

Νήστευσον, ψυχή μȣ, κακίας, καὶ πονηρίας, κράτησον ὀργῆς, καὶ θυμȣ̃, καὶ πάσης ἁμαρτίας, Ἰησȣ̃ς γὰρ τοιαύτην θέλει νηστείαν, ὁ φιλανθρωπότατος Θεὸς ἡμῶν.

Jejuna, anima mea, ab iniquitate, & flagitiis, iram, furorem, ac peccatum omne compeſce; hujuſcemodi ſiquidem jejunium optat Ieſus, clementiſſimus Deus noſter.

Θεοτοκίον.) Σὺ εἶ, Θεοτόκε, τὰ ὅπλα ἡμῶν, καὶ τεῖχος, σὺ εἶ ἡ ἀντίληψις τῶν εἰς σὲ προστρεχόντων, σὲ καὶ νῦν εἰς πρεσβείαν κινȣ̃μεν, ἵνα λυτρωθῶμεν τῶν ἐχθρῶν ἡμῶν.

Th.) Tu, Deipara, armatura noſtra, & murus exiſtis, tu confugientium ad te protectio, tuam nunc pariter opem imploramus, ut ab adverſariis noſtris liberemur.

ΕΙΡΜΟΣ ἄλλος.

Μεγαλύνομέν σε.

HIRMUS *alius.*

Magnificamus te.

Καθαρὰν νηστείαν, τῶν κακῶν τὴν ἀποχὴν προσενέγκωμεν, ὡς δῶρα εὐπρόσδεκτα, Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν.

Purum jejunium, abſtinentiam à malis offeramus, ceu dona accepta, Chriſto Deo noſtro.

Ἐλισσαῖος πάλαι πῶς διέτρεφε Προφήτας, μαθȣ̃σα, ψυχὴ, σχεδίως ἐκτράφηθι, ἀπευχαριστȣ̃σα Χριστῷ.

Quâ ratione Eliſsæus Prophetas quondam aluerit, agnoſcens, ò anima, brevi cibo contenta eſto, Chriſto gratias agens.

Da-

Fer. II. Heb. III. Jejun.

Daniel abſtinentiæ fræno Leones in lacu manſuefacit, noſque jejunantes pravos affectus edomemus.

Δανιὴλ τοὺς θῆρας ἐν τῷ λάκκῳ ἡμέρωσεν ἐγκρατείας κημῷ, καὶ ἡμεῖς δαμάσωμεν τὰ πάθη νηστεύοντες.

Tr.) Te ſubſtantiam unam, Divinitas, tribus autem perſonis conſtantem hymnis cano, principio carentem Patrem, Filium, & Spiritum viventem.

Τριαδικόν.) Τετραμμένην μίαν, σέ, Θεότης, ἀνυμνῶ, τοῖς προσώποις μορφὴν, Πατέρα τὸν ἄναρχον, Υἱὸν, καὶ Πνεῦμα τὸ ζῶν.

Th.) Dei genitrix Virgo, cœleſtis Regis Chriſti thalamus, ſalva precibus tuis eos, qui pio te ardore concelebrant.

Θεοτοκίον.) Θεομῆτορ κόρη, ἡ παστὰς τοῦ οὐρανίου Βασιλέως Χριστοῦ, σῶζε τῇ πρεσβείᾳ σου τοὺς πόθῳ ὑμνοῦντάς σε.

FERIA III. HEBDOMADÆ III. IEJUNIORUM.

ΤΗ Γ. ΤΗΣ Γ ΕΒΔΟΜΑΔΟΣ ΤΩΝ ΝΗΣΤΕΙΩΝ.

CATHISMA, *ton.* 1.
Ad mod. Lapide obſignato.

IEjunio, atq; precibus expiemus nos ipſos, Deumque providâ erga inopes charitate colamus, ingemiſcamus, ploremus fervidè, dum converſionis ſuppetit tempus, ut à ſempiterno luctu inferni ignis liberemur, Chriſto laudes offerentes, qui morta-

Κάθισμα, Ἦχος α'.
Πρὸς, Τοῦ λίθου σφραγισθέντος.

ΝΗστείᾳ, καὶ δεήσει ἑαυτοὺς καθαρίσωμεν, καὶ πενήτων προμηθείᾳ τὸν Θεὸν θεραπεύσωμεν. στενάξωμεν, πενθήσωμεν θερμῶς, ὡς ἔχωμεν καιρὸν ἐπιστροφῆς, ἵνα πένθους αἰωνίου. τοῦ ἐν φλογὶ γεέννης, λυτρωθείημεν, δόξαν ἀναπέμποντες Χριστῷ, μετάνοιαν ὁρίσαντι βροτοῖς, πᾶσι τοῖς ἐπι-

ἐπιστρέφουσι γνώμης εὐθύτητι.

Ἄλλον, ἦχος γʹ.

Πρὸς, Εὐφραινέσθω τὰ οὐράνια.

Τῇ νηστείᾳ εὐφραινόμενοι, τῇ ὑμνῳδίαις ἀγαλλόμενοι, καὶ ταῖς ἐντεύξεσι κράτος κατὰ πάντων τῶν παθῶν φερόμενοι, πατήσωμεν τοῦ Βελίαρ τὰ ἔνεδρα, βοήσωμεν, τῷ Χριστῷ συνεπόμενοι, τὸν σταυρόν σου βλέψαι ἀξίωσον ἡμᾶς, ὡς οἰκτίρμων, παρέχων τὸ μέγα ἔλεος.

Στιχηρὰ. ἦχος αʹ.

Πρὸς, Πανεύφημοι Μάρτυρες.

Νηστείαν ποθήσωμεν, ψυχῆς πάθη χαλεπώτατα τῇ συνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος καταμαραίνουσαν, καὶ ἐνθέους πράξεις πράττειν ἐνισχύουσαν, καὶ νοῦν πρὸς οὐρανὸν ἀντεμπνέουσαν, καὶ τὴν συγχώρησιν προξενοῦσαν, ὧν ἡμάρτομεν, δωρουμένην ἐκ Θεοῦ οἰκτίρμονος.

Ὅμοιον.

Ἅπαντα τὸν βίον μου αἰσχρῶς δαπανήσας, Κύριε, μετὰ πορνῶν ὁ ταλαίπωρος, ὥσπερ ὁ Ἄσωτος, κατανύξει κράζω, Πάτερ ἐπουράνιε, ἡμάρτηκα, ἱλάσθητι, σῶσόν με, καὶ μὴ ἀπώ-

libus omnibus ad frugem redeuntibus pœnitentiæ tempus definivit. Fer. III. Heb. III. Jejun.

Aliud, ton. 3.

Ad mod. Lætentur cæleſtia.

Jejunio exhilarati, hymnodiis exultantes, precibuſque robur adversùs cupiditates omnes comparantes, Beliar inſidias conculcemus, clamemus, Chriſtum prope ſequentes, Crucis tuæ intuitu dignos nos effice, tribuens nobis, utpote benignus, amplam miſericordiam.

STICHIRA, *ton. 1.*

Ad mod. Celeberrimi Martyres.

Jejunium diligamus, quod Spiritu bene juvante, aſperrimas cupiditates arefacit, & ad vitam integerrimè agendam robur ſuppeditat, mentemque ad cœlum attollit, necnon peccatis noſtris veniã conciliat, quam Deus miſericors elargitur.

Simile.

Bonis meis omnibus fœdè inter meretrices abſumptis, miſer ego, Dñe, Prodigi inſtar, dolens clamo, Pater ſupercœleſtis, peccavi, propitius eſto, ſalva me, neque me reii-

Fer. III. Heb. III Jejun.

reiicias, qui à te longiùs abſceſſi, quemque infructuoſa opera ad mendicitatem modò detruſerunt.

σῃ με, ἐμαυτὸν ἐκ σοῦ μακρύναντα, ἀκάρποις ἔργοις νῦν πτωχεύσαντα,

Aliud, ton. 3.

Ad mod. Venite omnia.

Huc, huc omnes, ſanctam amplexati abſtinentiam, cymbalis pſalmiſtæ in morem canamus; in eâ ſiquidem nequiſſimum ſerpentem conteremus; quare ad Chriſtum cum fiduciâ clamamus, Præſta, Salvator, ut indemnati beatiſſimam crucem tuam intueamur, atque adoremus, necnon pſalmis, & hymnis jucundè celebremus.

Ἄλλο, ἦχος γʹ.

Πρὸς, Δεῦτε ἅπαντα.

Δεῦτε ἅπαντες, κυμβάλοις ψαλμικῶς, τὴν σεπτὴν ἐγκράτειαν κατασπαζόμενοι, διηχήσωμεν. ἐν αὐτῇ γὰρ νοητῶς ὄφιν τὸν ἀρχέκακον καταῤῥάξωμεν ὅθεν παῤῥησίᾳ βοῶμεν Χριστῷ, Παράσχου Σῶτερ, ἀκατακρίτως τὸν πανάγιόν σου σταυρὸν κατιδέσθαι, καὶ καταπροσκυνῆσαι, ἐν ψαλμοῖς, καὶ ὕμνοις ἑορτάζειν φαιδρῶς.

Sᴛɪᴄʜɪʀᴀ *Hagiopolitica.*

Mane, ton. gravis.

Peccavi, fateor, tibi, Domine ego prodigus, non audeo cœlum reſpicere, nam cùm inde exciderim, miſer evaſi, peccavi in cœlum, & coram te, neque dignus ſum filius tuus nuncupari, præco mihimetipſi ſum, haud egeo accuſatoribus, neque teſtibus; habeo, quæ me traducant, libidines meas, habeo ſocordem vitam, quæ me velut in cippo proſcribat, habeo præſentem nuditatem meam, quæ

Στιχηρὰ Ἁγιοπολιτικὰ,

Πρωῒ, ἦχος βαρύς.

Ἥμαρτον, ὁμολογῶ, σοὶ, Κύριε, ὁ ἄσωτος ἐγὼ, οὐ τολμῶ ἀτενίσαι εἰς οὐρανὸν τὸ ὄμμα, ἐκεῖθεν γὰρ ἐκπεσὼν, ἐγενόμην ἄθλιος, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου. ἐμαυτὸν ἀποκηρύττω, οὐ χρήζω κατηγόρων, οὐδὲ πάλιν μαρτύρων. ἔχω θριαμβεύσαντάν μου τὴν ἀσωτείαν, ἔχω στηλιτεύσασαν τὴν φαύλην πολιτείαν, ἔχω καταισχύνουσαν τὴν παροῦσαν μου γύμνωσιν, πρὸς ἐντροπὴν δὲ τὰ ῥάκη, ἃ περιβέ-

Fer. III. Heb.III. Jejun.

ειβέλημαι, εὔσπλαγχνε Πάτερ, Υἱὲ μονογενὲς, τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, μετανοοῦντά με δέξαι, καὶ ἐλέησόν με.

pudorẽ mihi incutiat, pannis circumdatus ſum,quibus erubeſcam,Pater miſericors, Fil i unigenite, Spiritus ſancte, excipe me pœnitentem, ac miſerere mei.

Ἑσπέρας, ἦχος β'.

Πατέρα σε τὸν Κτίστην, ἐπιγράφεσθαι τολμῶ, Κύριε, ζῶον ὑπάρχων γηγενὲς, τῆς σῆς μετέχων εἰκόνος, κἂν τῆς υἱοθεσίας διήμαρτον, ἀσώτως βιώσας, καὶ τῇ λήθῃ τὴν σῶν δωρεῶν ἐκδαπανήσας τὴν περιουσίαν. μὴ οὖν ἀποκηρύξῃς με, ὁ τὸν σὸν εὐδοκήσας Υἱὸν μονογενῆ, σταυρὸν ὑπὲρ ἐμοῦ σαρκὶ, καὶ θάνατον ὑπομεῖναι, ἀλλὰ βελτιώσας, οἰκείωσον σαυτῷ, φιλάνθρωπε.

Veſpere, *ton.* 2.

Terrigenum animal ego,te, Domine, Creatorem audeo mihi Patrem vindicare, quoniam imaginis tuæ particeps ſum, quamvis adoptione exciderim, vitâ perditè exactâ, & donorum tuorum oblitus facultates decoxerim; ne me igitur abdices, cui placitum fuit, Filium tuum unigenitum crucem, & mortem carne pro me perpeti, ſed meliorem effice, & tibimetipſi, clemens, adjungito.

ΤΡΙΩΔΙΟΝ, Ἦχος α'.

ΩΔΗ β'.

Ἴδετε ἴδετε, ὅτι Θεὸς ἐγώ εἰμι, ὁ δουλωθέντα.

TRIODIUM, *ton.* 1.

ODE II.

Videte, videte, quoniam ego ſum Deus,qui in ſervitutem redactum.

Υἱοθετήσας με διὰ λουτροῦ βαπτίσματος ὁ ὑπεράγαθος Πατὴρ, πλούτῳ παντοίων ἐκόσμησας καλῶν, ἀλλ' ἐδούλευσα θέλων τοῖς ἀκάρποις λογισμοῖς, ὅθεν ἐπτώχευσα.

Me tibi filium lavacro Baptiſmatis adoptatum, Pater optimus omnigenorum bonorum divitiis exornaſti; verùm infructuoſis cogitationibus ſponte inſervii, indeque mendicus evaſi.

Ἵλεως ἵλεως ἵλεως ἔσο, Κύριε,

Propitius, propitius, pro-

Fer. III. Heb. III Jejun.

pitius eſto, Domine, judica, juſte judex, judicium mihi, exiguum gemitũ meum propter magnam miſericordiam ſuſcipiens, Chriſte, neque deſpicias me.

κεῖνον τὴν κρίσιν μου ἐμοὶ, δικαιοκρῖτα, τὸν μικρόν μου στεναγμὸν διὰ ἔλεος μέγα προσδεχόμενος, Χριστὲ, καὶ μὴ παρίδῃς με.

Gravi intemperantiæ indumento abjecto, ſplendidam temperantiæ ſtolam accipiamus, indeque clarificati, ad claram Redemptoris reſurrectionem perveniamus.

Ἀποδυσάμενοι τὸ δυσαχθὲς χιτώνιον τῆς ἀκρασίας, τὴν φαιδρὰν τῆς ἐγκρατείας ἐνδυσώμεθα στολὴν, καὶ λαμπροὶ γεγονότες, τὴν λαμπρὰν τοῦ Λυτρωτοῦ φθάσωμεν ἔγερσιν.

Th.) Salva me, ſalva me, quæ Salvatorem genuiſti, vide, ò pura, tribulationem meam, quam immenſorum criminum meorum multitudo quotidie ingerit animæ meæ in deſperationem adductæ.

Θεοτοκίον.) Σῶσόν με, σῶσόν με, ἡ τὸν Σωτῆρα τέξασα, ἴδε τὴν θλῖψιν μου, ἁγνὴ, ἣν ἡ πληθὺς τῶν ἀμετρήτων μου κακῶν ἐμποιεῖ καθ' ἡμέραν τῇ ἀθλίᾳ μου ψυχῇ ἐξ ἀπογνώσεως.

HIRMUS *alius*, *ton.* 3.

Videte, videte, quoniam ego ſum Salvator mundi, lux vera, fons vitæ, Filius Dei.

ΕΙΡΜΟΣ ἄλλος, ἦχος γ'.

Ἴδετε ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ Σωτὴρ τοῦ κόσμου, τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ.

Videte, videte, quoniam ego ſum, qui vobis ſacrum tempus ad animæ convivium conſtitui, jejunii curriculum.

Ἴδετε ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ὁ καιρὸν ὁρίσας ἱερὸν ἅγιον ὑμῖν εἰς εὐωχίαν ψυχικὴν, τὸ τῆς νηστείας στάδιον.

Videte, videte, quoniam ego ſum ſalutis veſtræ fons, utpote Deus, quam per abſtinentiam mortales omnes haurietis.

Ἴδετε ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι, ὁ τὴν σωτηρίαν ὑμῖν πηγάσας, ὡς Θεὸς, ἣν διὰ τῆς ἐγκρατείας πάντες βροτοὶ ἀρύσασθε.

Dignus factus eſt David,

Δαυὶδ καταξιοῦται τοὺς ἄρτους

Fer. III. Heb. III. Jejun.

πους τῆς προθέσεως ἐπὶ Ἀβιάθαρ ἐξαφῆναι σὺν τοῖς μετ' αὐτοῦ, καὶ ἡμεῖς ἀγνεύοντες τὸν θεῖον ἄρτον φάγωμεν.

dum Sacerdotio fungeretur Abiathar, panes propoſitionis unà cum ſuis manducare, noſque abſtinentiâ expiati divinum panem comedemus.

Μέγας εἶ, Κύριε, καὶ θαυμαστὰ τὰ ἔργα σου, ὅτι ἐν τῷ λάκκῳ ἄβρωτον ἔδειξας ποτὲ τὸν Δανιὴλ ἐκ λεόντων, νηστείᾳ συμφραξάμενον.

Magnus es, Domine, & mirabilia opera tua, quippe qui Danielem olim in lacu è leonum dente ſervaſti, jejunio communitum.

Τριαδικόν.) Τριάδα δοξάσωμεν, μονάδα προσκυνήσωμεν, ἄναρχον ἀνάρχου Πατρὸς Υἱὸν μονογενῆ, Πνεῦμα τὸ σύνθρονον, καὶ Πατρὶ συναΐδιον.

Tr.) Triadem glorificemus, unitatem adoremus, æterni Patris æternum Filium unigenitum, Spiritum in eodem throno ſedentem, ac Patri coæternum.

Θεοτοκίον.) Ἴδετε ἴδετε, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἀνερμηνεύτως ἐκ τῆς παρθένου σαρκωθεὶς, ὁ ἐν τοῖς κόλποις τοῦ Πατρὸς, καὶ ἐν ἀγκάλαις τοῦ μητρός.

Th.) Videte, videte, quoniam ego ſum, qui inexplicabili modo carnem ex virgine accepi, idemque in ſinu Patris, & in ulnis genitricis,

ΩΔΗ η'.

Ode VIII.

Ὃν φρίττουσιν Ἄγγελοι.

Quem tremunt Angeli.

Θρηνῶ, καὶ ὀδύρομαι τὴν ὥραν ἐννοῶν, καθ' ἣν παραστήσωμαι τῷ θρόνῳ τῷ φρικτῷ, δίκας ὑφέξων τῶν πολλῶν μου κακῶν, ὧνπερ ἐν ἀγνοίᾳ ἐτέλεσα, καὶ γνώσει.

Ingemiſco, & doleo, dum horam recogito, quâ horribili throno adſtabo, multorum criminum meorum rationem redditurus, quæ ignoranter, & ſcienter admiſi.

Νηστείαν ποθήσωμεν, μητέρα ἀρετῶν, τρυφὴν βδελυξώμεθα, γεννήτριαν παθῶν, καὶ κράξωμεν, Πάτερ, ὁ ἐν τοῖς Οὐρανοῖς, σῶσον ἡμᾶς, σῶσον ψυχὰς τῶν

Virtutum parentem jejunium diligamus, delicias pravorum affectuum matres deſpiciamus, clamemuſque, Pater, qui es in cœlis, ſalva nos, ſal-

Fer. III. Heb. III Jejun.

ſalva, Sanctorum tuorum precibus.

σῶν Ἁγίων.

Moyſes expiationi idoneum jejunium nactus, Deum, ſolum purum, conſpexit; emundare jejunio, anima mea, ut clementi Deo propiùs accedas.

Μωσῆς καθαρτήριον νηστείαν εὑρηκὼς, Θεὸν κατενόησε τὸν μόνον καθαρὸν, ψυχή μου, νηστείᾳ καθαρίσθητι, ἵνα πλησιάσῃς Θεῷ τῷ φιλανθρώπῳ.

Th.) Maria Virgo, judicem, quem genuiſti, deprecare, ut mei, ò pura, in judicii horâ commiſereatur, atque è damnatione vindicet, ſola humani generis defenſio.

Θεοτοκίον.) Κριτὴν, ὃν ἐγέννησας, Παρθένε Μαριὰμ, δυσώπει ἐν ὥρᾳ μου τῆς κρίσεως, ἁγνὴ, οἰκτεῖραι, καὶ σῶσαι τὸν κατάκριτον, μόνη προστασία τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων.

HIRMUS *alius*.
Qui in fornace.

ΕΙΡΜΟΣ ἄλλος.
Τὸν ἐν φλογί.

Jejuniorum ſplendidiſſimâ gratiâ initiati, virtutibus eniteamus, placidos uultus, placidoſque mores præferentes, animo bene conſtituto.

Τῶν νηστειῶν τὴν ὑπέρλαμπρον χάριν μεμυημένοι, ἀρεταῖς ἀστραφθῶμεν, γαλήνια τὰ πρόσωπα, γαλήνια καὶ τὰ ἤθη ἐναποδεικνύντες, τῇ ψυχῆς καταστάσει.

Eliſsæus, cùm jejunaſſet, puerum Sunamitidi viventem reddit; inde agnoſcamus, fratres, quâm bonum jejunium ſit, quàm magnum, quæ data divinitus gratiâ.

Νενηστευκὼς Ἐλισσαῖος τὸν παῖδα τῇ Σωμανίτιδι ἀποδίδωσι ζῶντα. ἐν τούτῳ γνωρίσωμεν, ἀδελφοὶ, τὴν νηστείαν, ὡς καλὸν, ὡς μέγα, ὡς θεοδώρητον χάριν.

Nemo noſtrum, fratres, ſocordiâ, & ſegnitie prematur; en tempus agendi, en tempus coeundi ad preces: quiſnam igitur adeo ſapiens, ut unicâ die ſæcula omnia lucretur?

Μηδεὶς ἡμῶν ῥαθυμίᾳ, καὶ ὄκνῳ βαλλέσθω, ὦ ἀδελφοί. ὁ καιρὸς ἐργασίας, ὥρα πανηγύρεως. τίς ὁ φρόνιμος ἄρα, ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ κερδῆσαι ὅλους αἰῶνας;

Th.

Fer. III. Heb. II Jejun.

Τριαδικόν.) Σὺν τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν προσκυνοῦμεν, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ἐν Τριάδι μονάδα, σὺν Ἀγγέλοις κράζοντες τοῖς πηλίνοις στόμασι, Δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ τῷ ἐν Τριάδι.

Tr.) Adoramus cum Patre Filium, & Spiritum ſanctum, unitatem in Triade, luteis oribus una cum Angelis clamantes, Gloria in altiſſimis Deo, qui in Trinitate exiſtit.

Θεοτοκίον.) Παιδοτοκεῖς παρθενεύουσα μόνη Θεοχαρίτωτε. τὸ μυστήριον μέγα, φρικτὸν τὸ τεράστιον. Θεὸν γὰρ ἐγέννησας σεσωματωμένον, τὸν Σωτῆρα τοῦ κόσμου.

Th.) Sola virgo filium gignis, ò Deo acceptiſſima. Myſterium magnum, tremendum portentum! Deum enim peperiſti corporatum, Salvatorem mundi.

ΩΔΗ θ'.

Τὴν φωτοφόρον νεφέλην.

Ode IX.

Lucidam nebulam.

Εἰς ἁμαρτίας πελάγη, εἰς ἀπογνώσεως βάθη, εἰς τρικυμίας λογισμῶν, καὶ παθῶν καταιγίδας περιπεσών, ἀναβοῶ, Ἐλέους ἡ ἄβυσσος βοήθει μοι, καὶ τῇ σῇ εὐσπλαγχνίᾳ ὄμβρισόν μοι ἱλασμὸν ἁμαρτιῶν.

In peccati oceanos, in deſperationis abyſſus, in cogitationum æſtus, atque affectionũ procellas prolapſus, exclamo, O miſericordiæ abyſſus, auxiliare mihi, & benignitate tuâ me peccatorum propitiatione, ceu rore, perfunde.

Διὰ νηστείας τὸ σῶμα, δι' ἐγκρατείας τὸ Πνεῦμα, διὰ δακρύων τὴν ψυχὴν ἐκκαθάρωμεν, Πιστοί, καὶ καθαροὶ τῷ καθαρῷ λαμπρῶς ὑπαντήσωμεν, ὀψόμενοι τὰ σωτήρια πάθη, ἃ ὑπέστη δι' ἡμᾶς ὁ Λυτρωτής.

Emundemus, Fideles, corpus per jejunium, ſpiritum per abſtinentiam, animam per lacrymas, & puri puro ſplendidè occurramus, ſalutiferam paſſionem, quam propter nos Redemptor ſuſtinuit, viſuri.

Ὡς ὁ Τελώνης στενάζω, ὥσπερ ἡ Πόρνη δακρύω, ὡς ὁ Λη-

Quemadmodum Publicanus ingemiſco, illacrymor ut

Fer. III. Heb. III Jejun.

ut Meretrix, exclamo veluti Latro, Memento mei, miſericors, tamquam Cœcus clamo ad te, Fili Dei, aperi oculos animæ meæ, ex nequitiâ doloſi adverſarij obcoecatos.

Th.) Montem non exciſum, portam imperviam, cœlo, & omnj creaturâ ſublimiorem, decus Iacobi, urnam undique auream, pontem, & genitricem Creatoris, Virginem, Fideles, beatam prædicemus.

HIRMUS *alius.*

In Monte Sina.

Sacras præ cæteris agnoſcentes præſentes dies, precationes Deo expromamus conſcientiâ purâ, frequentiùs genua flectentes, atque dicentes, Domine, ſuſcipe orationes, & deprecationes eorum, qni perpetuum tibi famulatum impendunt.

Populus, qui ſedebat, ut ſcriptum eſt, ad manducandum, & bibendum, ſurrexerunt ad ludendum, ſculptilem Beelphegor colentes; vide exitiales abdominis fœtus; nos autem jejunemus, & gloriam, ceu magnus Moyſes, conſequamur.

στῆς ἀναβοῶ, Μνήσθητί μου, οἰκτίρμων, ὡς ὁ Τυφλὸς, Υἱὲ Θεοῦ, κραυγάζω σοι, Ἄνοιξον τῆς ψυχῆς μου ὀφθαλμοὺς, πηρωθέντας τῇ κακίᾳ τοῦ δολίου πτερνιστοῦ.

Θεοτοκίον.) Τὸ ἀλατόμητον ὄρος, τὴν ἀδιόδευτον πύλην, τὴν ἀνωτέραν οὐρανοῦ, καὶ τῆς κτίσεως πάσης, τὴν καλλονὴν τοῦ Ἰακὼβ, τὴν στάμνον τὴν πάγχρυσον, καὶ γέφυραν, καὶ μητέρα τοῦ Κτίστου, τὴν Παρθένον, μακαρίσωμεν, Πιστοί.

ΕΙΡΜΟΣ, ἄλλος.

Ἐν Σιναίῳ τῷ ὄρει.

Τὰς παρούσας ἡμέρας γνωρίσαντες ὑπὲρ πάσας ἱερὰς, προσευχὰς τῷ Θεῷ ἀναπέμψωμεν, συνειδήσει καθαρᾷ, συχνοτέρως τὸ γόνυ κλίνοντες, καὶ λέγοντες, Κύριε, πρόσδεξαι τὰς δεήσεις, καὶ προσευχὰς τῶν σῶν δούλων ἀεί.

Ὁ λαὸς ὁ καθίσας, ὡς γέγραπται, τοῦ φαγεῖν τε, καὶ πιεῖν, ἐξανέστησαν παίζειν, λατρεύοντες τῷ γλυπτῷ Βεελφεγὼρ. βλέπε γαστριμαργίας τὰ δεινὰ κυήματα. ἡμεῖς δὲ νηστεύσωμεν, καὶ δοξασθησώμεθα, ὡς μέγας Μωσῆς.

Ὅτι

Fer. III. Heb. II Jejun.

